

2

SYNODVS
DIOECESANA
SACRI MONASTERII CAVENSIS
CELEBRATA

Per Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum


D. ANGELVM
A FVNDIS

EIVSDEM SACRI MONASTERII ABBATEM.

EIVSQ. DIOECESIS, AC IVRISDICTIONIS ORDINARIVM.

Anno Domini MDCXXVIII.





NEAPOLI, Apud Dominicum Maccaranum. 1629.

SVPERIORVM PERMISSV.

SYNODVS
DIOECESANA
SACRI MONASTERII CAVENSIS

CELEBRATA

Per Reuerendissimum in Christo Patrem, & Dominum

D. ANGELVM
A FVNDIS

EIVSDEM SACRI MONASTERII ABBATEM.

EIVSQ. DIOECESIS, AC IVRISDICTIONIS ORDINARIVM.

Anno Domini MDCXXVIII.

... Dominicum Maccaranum. 1629.

... PERMISSV.

EDICTVM INDICTIONIS

SYNODI

D. ANGELVS A FVNDIS

ABBAS SACRI MONAST. CAVENSIS

EIVSQ; DIOECESIS, AC IVRISDICTIOnis Ordinarius, Vtilis Dominus Terrarum Tramutulæ, Roccæ Pimontis, &c.

Vniuersis de Clero, & Populo nostro, ad quos præsentes quomodolibet spectabunt, Salutem in Domino.

LIcet nullis nostris suffragantibus meritis; ex superna tamen prouidentia Maiestatis, in Sacri Monasterij Cauensis, eiusq; Diœcesis regimine constituti; eo animi curas cogitationesque omnes intendimus, vt grauissimum humeris nostris impositum onus, quo ad fieri potest, digne coram Domino portemus: eiusque gregem pastorali nostræ sollicitudini commissum, nostræque fidei concreditum, per salutarium monitorum viam, ad æternæ vitæ vberrima pascua deducamus. Quo si diligentis, ac seduli Pastoris officium adim-

plentes, supremo illi Pastorum Principi, oues suas, quas innocui ac purissimi sanguinis effusione redimere non dubitauit, incolumes sistere, ac præsentare valeamus. Huic ergo pastorali nostro muneri, ac debitæ seruitutis officio satisfacere volentes, ijsque quæ ad Dei Optimi Maximi cultum, Populi nostri salutem, Cleri decus, Sacramentorum administrationem, morum reformationem, ac totius Christianæ Religionis, in nostra Diœcesi, pietatem, spectant, & pertinent prospicere; Synodalem conuentum indicendum, & conuocandum duximus, prout præsentis nostri Edicti decreto indicimus, cogimus, & conuocamus; Optimè quippè nouimus hoc semper extitisse in Ecclesia Dei ad supradicta omnia præstanda præstans ac singulare remedium à SS. Patribus institutum, & [a] *Sacrosanctis Concilijs Dominici gregis Pastoribus demandatum. Præsenti itaque nostro Edicto Dilectos nobis in Christo Archipresbyteros, Parochos, Presbyteros, Cappellanos, Beneficiatos, aliasque Ecclesiasticas personas. Sindicos item, & Electos Terrarum nostræ Ditionis, omnesque, & quoscunque alios, siue Laicos, siuè Clericos, ad quos de Iure, vel consuetudine Diœcesanæ Synodi interesse spectat, & pertinet; requirimus, hortamur, & monemus; ac nihilominus eis, & cuilibet ipsorum in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis pœna præcipimus,*

[a] Cõcil. Nice. 1. c. 5. in cap. habeatur dist. 18. Trid. sess. 24. de refor. c. 2. c. annis singulis & c. de cõcil. ead. dist. 18. per totam.

mus, & mandamus, ut ad diem 17. *Mensis Decembris praesentis Anni* 1628. *ad praedictam Sanctam Synodum celebrandam, in Ecclesia Cathedrali nostri Sacri Monasterij Cauensis, mundis super pelliceis, respectiue induti, conueniant, & conuenisse debeant, inde, nisi ea.* [a] *dimissa, & absoluta, non discessuri.*

a Ex Concil. Vor.matiensis c. 16.

Quod si ipsimet, venire aut ipsis legitime impeditis (quorum impedimenti causa nobis significanda, & probanda erit) procuratores legitimos mittere neglexerint, iam dictam poenam, & alias [b] *de Iure, vel consuetudine contra non accedentes infligi solitas, & consuetas, ac nostro arbitrio reseruatas, se nouerint subituros. Monemus vero, & hortamur omnes curam animarum habentes, ut per id temporis interuallum, quo ab eorum Ecclesijs aberunt, eas idoneo, ac probato Sacerdoti, quoad fieri potest, commendent; Interim etiam in omnibus Ditionis, & Dioecesis nostrae Parochialibus Ecclesijs, quinta quaque feria, Missam de Spiritu Sancto recitari, aut si aliter officij ratio postulauerit, in eadem de ipso collectam fieri mandamus, precesque à Christi fidelibus continuè ad Deum, pro eiusdem Synodalis Conuentus felici progressu, fundi. Quae omnia, ut vniuersis quos concernunt innotescant, nec facile quis ignorantiae excusamen possit obtendere, praesens Edictum*

b Ex Concil. Carthag. 5. c. 10. in cap. placuit dist. 18. & c. si quis il 1. eadem. dist.

manu

manu nostra subscriptum, sigilloque communitum, per infrascriptum Cancellarium nostrum fieri, & per vniuersas nostræ Diœcesis Ecclesias transmitti mandauimus. Datum in nostro Sacro Monasterio Cauensi die VIII. Mensis Nouembris. Anno Domini, M. DC. XXVIII.

D. Angelus à Fundis Abbas Cauensis, & Ordinarius.

Locus † sigilli.

D. Iouita Romanus Decanus, & Cancell.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduę Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Sessio prima Synodi Diœcesanæ Sacri Monasterij Cauensis.

Celebrata.

In Ecclesia Cathedrali eiusdem Sacri Monasterij, Die Decimo septimo Mensis Decembris.

De Mane.

De Fide Catholica eiusque professione præmittenda, ac Religione conseruanda.

CAPVT PRIMVM.

SPiritualium Pastorum cura peruigil, ac diligens solertia ea maximè prouidere debet, quæ ad eius fidei conseruationem pertinent, quam S.R.E. quę [a] disponente Domino cunctorum fideliũ Mater est, & Magistra, firmiter tenendam omnibus præscribit, ac confitendam proponit; sine hac enim [b] impossibile est placere Deo; sine hac, quæ salutis, [c] ac Religionis totius est fundamentum, impossibile est, aut erigi

a c. dãnamus. de sum. trin. & fid. cathol. c. fidei. cod. tit in 6.
b Hæbr. 11.
c 1. Cor. 3. D. Chrisost. hom de fid. Abr. & immol. Isaac & hõ. de fid. spe. & char.

Fides salutis, ac Religionis totius est fundamentum.

erigi spirituale ædificium, aut erectum posse consistere; sine qua [d] nihil sanctum, nihil castum, nihil est viuum; Iustus enim ex fide viuit, quam qui Diabolo decipiẽte perdiderit, viuens mortuus est. [e] Qui enim non credit iam iudicatus est, & sicut per fidem iustitia, ita etiam per fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Saluatore. [f] Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. [g] Et quidem non in solo opere virtutum, aut in sola obseruantia mandatorum, sed etiam in tramite fidei [h] angusta via est, & arcta porta, quæ ducit ad hanc vitam; & magni laboris est; magnique discriminis, inter dubias imperitorum opiniones, & verosimiles falsitates, per vnam sanæ doctrinæ semitam inoffensis gressibus ambulare; & cum vndiq; se laquei erroresque opponant, omne periculum deceptionis euadere. Quocirca [i] Beatus dicitur quem Dominus erudierit, & de lege sua docuerit eum: qua beatitudine nos precipuè donati sumus, qui ab Apostolica Sede, [l] quam neque heretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuit, aut poterit vnquam superare perfidia, firma habemus pręsidia veritatis; nec humanæ sapientiæ verbis, sed doctrina Spiritus Sancti per eam eruditi, quæ ab illa didicimus credimus, & quod credimus ipsa duce profitemur, & prędicamus.

Sacri ergo Concilij Tridentini [m] decretis inhęrentes, huius fidei professionem iuxta

fel. rec.

d S. Leo. ser. 4. in nat. Dñi

e Ioann. 3.

f Ioann. 17.

g S. Leo. ser. 5. in eodem festo.

h Matth. 7.

i Psalm. 93.

l S. Leo. ser. 2. in anniuersario suæ assumptionis.

m Sess. 3. & sess. 24. c. 12. de reform.

Per fidem Iustitia, & vita æterna.

Non in sola obseruantia mandatorũ, sed etiam in tramite fidei angusta est via quæ ducit ad vitam.

Romanæ Ecclesię Fidem, nec heretica prauitas potuit vnquã corrumpere, nec Pagana perfidia superare.

a In Bull. sup. for. iur. profess. fidei, quę incipit, Iniunctum.

fel. rec. Pij [a] Papæ Quarti præscriptum ac formam pręmittendam duximus, vt ab omnibus in hac S. Synodo congregatis prius emittatur, quæ talis est.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem Cæli, & Terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis; & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in Cælum; sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre filioque procedit. Qui cum Patre, & filio simul adoratur, & cõglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam

venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones, firmissime admitto, & amplector.

Item sacram scripturam iuxta eum sẽsum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta; atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationẽ, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula quæ de peccato Originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio.

Profiteor pariter in missa offerri Deo verum proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis; atque in Sanctissimo

Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, vna cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem; quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse animasque ibi detentas, fidelium suffragijs iuuari.

Similiter, & Sanctos, vna cum Christo regnantes venerãdos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis; nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, & venerationem impartiendam.

Indulgenriarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco.

Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi

Vicario veram obedientiam spondeo, & Iuro.

Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs; ac præcipuè à Sacrosancta Synodo Tridentina tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo; eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremam vitę spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri; atque à meis subditis, seù illis quorum cura ad me in munere meo spectabit teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo voueo, ac iuro; sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Decretū. 1. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de reform.

Fidei professionem emittere teneantur prouisi de quibuscunque beneficijs curam animarum habentibus.

HAnc fidei professionē, iuxta pręmissam formam, emittere teneantur prouisi de quibuscunq; beneficijs, prę ertim curam animarum habentibus, à die adeptæ possessionis, ad minus infra duos menses, in manibus nostris vel Vicariorum nostrorum, Tramutulæ, Pertusiæ, & Sancti Petri intus Pollam, Cilenti, vel Roccæ Pimontis, respectiuè, prout in aliquo supradictorum locorum sita fuerint beneficia, de quibus fuerint prouisi.

Quod si contra fecerint, ne dum iuxta

Concil.

Concil. Triden. decreta fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur, sed, & alias arbitrio nostro punientur.

Decretũ. 2. Ex Bull. Pij 4 quæ incipit: In sacrosancta.

MAgistri quoque Grammatices, & siqui sunt in locis nostræ Ditioni subiectis, bonarũ artium professores, ad eandé fidei professionem in manibus nostris, vel Vicariorũ nostrorum, vt supra, respectiuè emittendam, antequam quicquam docere incipiant, teneantur; alioquin à scholis excludantur, vlterius nisi de nostra vel Vicariorum nostrorum licentia non admittendi. Magistri itẽ Grãmatices, & bonarum artium professores.

Decretũ. 3.

QVi item in nostra Diœcesi ad prædicandum Dei Verbum fuerint admissi, si Presbyteri sęculares fuerint, illã iterum in manibus nostris, vel Vicariorum nostrorũ respectiuè emittere teneantur; si vero Regulares, doceant se alias in manibus suorum superiorum emisisse, vt supra, si non docuerint, emissuri. Quod si sub quocunque prætextu præstare recusauerint, ad prędicandum non admittantur. Item admissi ad prædicandum Dei Verbum.

Decretũ. 4.

AD eiusdem fidei conseruationem maximè refert, vt teterrima hæresum lues lõgissime ab ijs, qui de Catholica fide rectè sentiunt arceatur: scriptum est enim, quia cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Quo circa Archipresbyteris, Parochis, Quibuscunque curam animarum habentibus, ac omnibus in Ditione, & Diœcesi nostra constitutis, cuiuscunque sexus, gradus, & conditionis existant in virtute sanctæ obedien- De hæreticis denuntiãdis. Psalm. 17.

dientiæ,& sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandamus, vt quoscumque nouerint hæresis alicuius nota suspectos existere, aut à fide Catholica aberrare, aut hæreticalia verba proferre, vel hæreticorum more viuere, Nobis statim, aut Vicarijs nostris quam primum denuntient, aut denuntiandos curent.

Decretũ.5. ET quia non minus periculi Christi fidelium animabus ex hæreticorum cõuersatione, quam ex librorum eorundem lectione oriri compertum est; Idcirco præter pœnas in Bulla Cœnæ Domini, & alijs particularibus S. R. & generalis inquisitionis decretis appositas, sub alijs etiam pœnis arbitrio nostro luendis præcipimus, ne quisquam libros hæreticos, aut de hæresi suspectos, seù quomodocumque, & ex quacumque causa prohibitos, aut suspensos, apud se tenere, aut legere præsumat. De prohibitis, & suspensis libris non legendis.

Decretũ.6. CVi etiam malo, vt facilius occurratur, mãdamus omnibus nostræ Ditioni subiectis, vt quorumcumque librorum, quos apud se habuerint, Inuentaria conficere teneantur, Nobis aut Vicarijs nostris, infra duorum mensium spatium, à die promulgationis præsentis Synodi, deferenda, sub pœna amissionis librorum, alijsque nostro arbitrio. Quod idem sub ijsdem pœnis seruandum erit, siqui in posterum in nostra Diœcesi, libri introducentur. De librorum indicibus cõficiendis, & præsentandis

Decretũ.7. Et quia post librorum prohibitorum indicem De publicandis indicibus

cem à fel.rec. Pio Papa IV. primò editum, postea vero à Summis Pontificibus Sisto V. & Clemente Octauo auctum, & recognitum; multi etiam, & diuersi alij per Illustrissimos DD. Cardinales S. R. Inquisitioni, & Indici Præpositos emanarunt, ac editi sunt Indices. Ideo mandamus Vicarijs nostris, vt procurent omnes Indices ante hac editos, aliosque posthac edendos ad se transmitti, vt eorum collatione nostra Diœcesis à similibus, siqui sunt, libris, possit expurgari.

librorum prohibitorum.

DE MALAFICIS STRIGIS, & Incantatoribus.

CAPVT SECVNDVM.

HAEreticis proximè accedunt Malefici, Strigæ, & Incantatores, qui eò magis sunt detestandi, quo, Catholicæ fidei verum cultũ, ac rectũ sensum præseferentes; prauis tñ, & iniquis operationibus ab eadẽ longissimè aberrãtes, non solũ in homines crudeliter, sed & in eorum multoties bona impiè desæuiunt; nec sua ipsorum perditione contenti, incautos quosque, ac simpliciores, scelestis superstitionibus, ac vanis promissis deceptos, secum [a] in æternæ damnationis baratrum satagunt detrahere; tanquam Diaboli satellites, [b] qui sicut deci-

a Concil. Anquirense c. 1. in c. Episcopi 26. q. 5.
b S. Leo ser. 5. de ieiunio.

a Genes. 3.

decipiendis primis hominibus a ministerium sibi serpentis assumpsit, ita maledicorum, ac diuinantium linguas, ad seducendos bonorum animos, veneno suæ falsitatis armauit.

Decretũ. 1

De denuntiãdis maledicis strigis, & incantatoribus

Syn. S. M. Cau. de ann. 1614. M. S. in Arch. eiusd. Sacri Monasterij.

HI ergo vt etiã à Ditione nostra longius arceantur: inhærentes ijs quæ in alia Synodo per rec. mem. D. Fabianũ de Matera sunt statuta; omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus nobis subiectis, in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ac mandamus, vt si quos nouerint viros, vel mulieres, huiusmodi maleficijs, atque incantationibus delectari, vel de tali scelere suspectos esse, Nobis statim, vel Vicarijs nostris denuncient, iuxta b Sacrorum Canonum, ac Summorum Pontificum Constitutiones, debita pœna plectendos.

b c. in tabulis & c. ex tuarũ de sortil. c. si quis. 1. 2. c. cõtra. c. sortes. c. Episcopi. cap. Augurijs. & c. quicunque 26. q. 5. Leo. 10. in Concil. Lateran. sess. 9.

Decretũ. 2.

De modo quo se gerere debent confessarij cum ijs, qui huiusmodi Criminibus fuerint obnoxij.

COnfessarij autem, si quos in Sacramenti Pœnitentiæ administratione huiusmodi Criminibus obnoxios repererint, grauissime corripiant, ac seuerissimè obiurgent; aperiant diabolicas fraudes, doceantque quam sit periculosum illi credere, qui est Pater mendacij, illi fidere, qui b mendax fuit à principio. Inuestigent, an error aliquis, in ijs quæ sunt fidei, in intellectu præcesserit: nec demum nisi graui, ac diuturna pœnitentia imposita dimittant.

DE

DE MALEDICIS, ET Blasphemis.

CAPVT TERTIVM.



Aeresi etiam, quæ summa [a] blasphemia est, pene est affinis execrabile scelus, ac impia, & immanis eorum hominum temeritas, qui ad D.O.M. similitudinem conditi, eius imaginem referentes; [b] neque corruptibilibus, auro, vel argento; sed pretioso sanguine immaculati, & incontaminati agni filij ipsius Christi Iesu, redempti; non verentur tamen [c] impurum os in Cælum ponere; quam, & ipsi Dęmones credunt, & [d] contremiscunt, Maiestatem spernere; quam Angeli adorant, Dominationem blasphemare; in eandem, Beatissimam Virginem, & Sanctos eius iniuriosa dicta, & maledicta congerere. Qui vt eo acrius puniantur, quo grauius peccant; Summorum Pontificum, maximè verò [e] Leonis Decimi, & Pij Quinti Constitutionibus inhærentes, hæc mandamus.

[a] Conc. Prou. Auern. in cap. de delictis.
[b] 1. Pett. 1.
[c] Psalm. 72.
[d] Iacob. 2.
[e] Leo 10. in Conc. Later. sess. 9. in Bull. quæ incip. supernæ dispositionis. Pius V. in bul. quæ incipit Cum primum Iul. 3. in bull. quæ incipit In multis.

Hæresis est summa blasphemia.

Decretũ. 1. VT quicumque Deo palam, seu publicè maledixerit, aut obscœnis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Matrem expresse blasphemauerit; si Clericus, primum fructibus vnius anni beneficiorum Ec-

Blasphemantium pœnæ si Clerici fuerint.

cleſiaſticorum, ſiquæ poſsidet, priuetur; ſi ſecundo in eo peccarit; & beneficiũ ammittat, & inhabilis ad alia in poſterum obtinenda reddatur; ſi vero tertio, in exilium mittetur. Quod ſi nullum poſsidet beneficium, pecuniaria mulcta, replicatis vicibus noſtro arbitrio aggrauanda, erit ſeuerisſimè plectendus, vel eodem arbitrio grauiſsimè luet in corpore. Si verò Laicus fuerit, primum, & ſecundo pecunia mulctabitur ex præſcripta in Lateranenſi Concilio ratione; Tertio grauem pænitentiam publicè aget, eo modo quo à ſacris [a] Canonibus præſcriptum eſt. Pæna, noſtro, vel Iudicis arbitrio reſeruata, ſi quis ſiuè Clericus, ſiuè Laicus in Dei Sanctos Contumelioſam linguam auſus fuerit relaxare.

Laicorũ blaſphemantium pœnæ.

a c. ſtatuimus de maled.

Decretũ. 2.

IN foro autem conſcientiæ, ei qui blaſphemiæ reus fuerit, grauem, pro modo culpæ, Confeſſarius pœnitentiam imponat; in quo eius conſcientiam oneramus. [b] Doceat quam ſeuerè olim in blaſphemos ſit actum, vt non ſolum pœna mortis fuerit illis præſcripta, ſed etiam contra eoſdem acriter executa. [c] In Leuitico enim habemus: Homo qui maledixerit Deo portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur; lapidibus opprimet eum omnis populus. Propter blaſphemiam [d] item Regis Aſſyriorum, centum octuaginta quinque millia hominum, Angelus Domini vna nocte percuſsit, ac de viuẽtiũ numero deleuit.

Confeſſarius cum blaſphemo quomodo ſe gerat.

b Synod. Caſſin. de ann. 1626. ſeſſ. 1. Decr... c. 5.

Blaſphemantium in lege veteri pœna.

c Leuit. 24.

d 4. Reg. 19.

Qui

Decretū. 3. QVi vero blaſphemantem audierit, fraternæ correctionis ordine ſeruato, aſperius obiurget; quod ſi non profecerit, dicat [a] Eccleſiæ, vel ad Iudicem ſęcularem deferat; decem annorum Indulgentiam, à Leone Decimo in ſupradicta [b] conſtitutione conceſſam, lucraturus; qua etiam ex eadem Conſtitutione, gaudebunt Magiſtratus, ac Iudices, qui de tam deteſtabili ſcelere conuictos, iuſtis pœnis affecerint.

Blaſphemantes primo corrigendi fraternè, tum vero ſi correctio non profecerit, deferendi.

a Matth. 18.

b In Concil. Lateran. vbi ſupra.

Decretū. 4. DEmum, vt nefaria etiam eorum petulantia coerceatur, [c] qui ſacræ ſcripturæ verbis, vel ſententijs ad iocum, contumeliam, ſuperſtitionem, impietatem, aut alios quoſuis profanos vſus abutuntur; in huiuſmodi verbi Dei temeratores, ex [d] Sacri Concil. Trident. decreto, grauiter noſtro arbitrio edicimus animaduertendum.

Verborum ſacræ ſcripturæ abuſus prohibetur.

c Cath Rom. in decl. 2. præcip. decal.

d Seſſ. 4. de vſu, & ædit. ſacrorum librorum. D. Aug. ad inquiſitiones Ianuar. epiſt. 119. 26. q. 2. c. Ili qui.

DE VERBI DEI PRAEDICATIONE, & Fidei eruditione.

CAPVT QVARTVM.

SINE fide intellectum non poſſe eſſe clamat [e] propheta. Niſi inquit, credideritis, nō intelligetis; illa ſcilicet Myſteria, quæ [f] ſapientibus, & prudentibus à ſæculis, [g] & generationibus abſcondita; paruulis in Chriſtum credentibus, no-

e Eſa. 7.

f Lucæ 10.

g Coloſſ. 1.

uissimè sunt reuelata. Eandem vero fidem ex [a] auditu gigni, auditum autem, non nisi per verbum Dei esse docet Apostolus. [b] Ex quo perspicuum est, quam necessaria semper fuerit ad æternam salutem consequendam; Doctoris legitimi fidelis opera; siquidem dictum est ab eodem. [c] Quommodo autem audient, sine prædicante? [d] Quocirca dedit Dominus in Ecclesia sua ab initio, non solũ quosdam quidem Apostolos, quosdam vero Prophetas, & quosdam Euangelistas; Sed quosdam etiam Pastores, & Doctores, qui Verbum vitæ annuntiarent, atque in ijs, quæ sunt fidei, & morum, Dei populum erudirent; vt iam non sit paruulus in fide fluctuãs, neque omni doctrinæ [e] vento circumferatur, sed in vera, atque Catholica fide fundatus, eorum prædicatione, ac magisterio, ab ignorantiæ tenebris, ad scientiæ lumen, ab erroribus ad veritatem, à vitijs demum ad virtutes reuocaretur.

a Roman. 10.
b Cath. Roõ. initio.
c Roman. 10.
d Ephæs. 4.
e Ibidem D. Paul.

Prædicatorũ in Ecclesia Dei necessitas.

Quis sit prædicationis finis.

Decretũ. 1. HOc est ergo Diuini Verbi Concionatorum munus; quod vt Parochi, quibus precipuè hoc onus incumbit; quique in nostra Diœcesi, ad piam plebem Dei Verbi pabulo reficiendam, fuerint admissi, fructuosius exequantur; meminerint verbi illius, quod ad prædicatorem illum eximium, & Gentium Doctorem Paulum Apostolum olim fuit dictum; [f] si quis est tibi sermo exhortationis, hunc profer ad populum: non enim legendi, aut disputandi munus est prædicatio-

f Act. Apost. 13.

Verbi Dei prædicatoribus quæ sint prædicanda, & quomodo.

dicationis officium, sed exhortationis; [a] quæ tunc efficax erit, si non in verborum splendore prædicator, sed in operum virtute, totam prædicandi vim, ac fiduciam ponat; si non vocibus delectetur populi clamantis, sed fletibus; si non plausum à populo, sed gemitum lachrimasque studeat expectare. Ea annuntient populo, non [b] in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Spiritus Sancti, quibus B. Franciscus prædicationis summam optimè conclusit: [c] Virtutes & Vitia: Pœnam, & Gloriam. Attendant demum quæ circa eiusdem prædicationis officium obseruanda à Sacris Oecumenicis, & generalibus Synodis, & præsertim [d] Lateranensi vltima, & Tridentina sunt sancita.

Quomodo se gerat prædicator, vt sit in dicendo efficax.

Ad hæc quatuor capita reducuntur quæcumque populo Dei prædicari possunt.

a D. Prosp. lib. 1. de vita contemplatiua.

b 1. Cor. 2.

c D. Bona. in vita S. Franc.

d Concil. Later, sess. 13. in bull quæ incipit supernæ Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. c. 4. de ref. Decretū. 2.

Rom 10.

QVomodo autem inquit Apostolus prędicabunt nisi mittantur? Et si ergo in Terris, & Pagis nostræ Diœcesis ad illarum Synodorum præscriptum, sacro potissimum Quadragesimæ tempore, sacras conciones omnino haberi velimus, à Sacerdotibus, siuè Regularibus, siue Sæcularibus. Statuimus tamen nullum per Archipresbyteros, aut Parochos, sub grauissimis pœnis [e] in iure contentis, & alijs nostro arbitrio reseruatis, ad id muneris admitti debere, qui prius litteris testimonialibus [f] sui superioris, vel Ordinarij nobis oblatis, atque à nobis etiam approbatus, dimissoriales litteras desuper more solito expediendas, non obtinuerit, Vicarijsque nostris respectiuè præsen-

Prędicatores non admittēdi sine littoris dimissorijs.

e c. excommunicamus de hę et. Leo 10. in Conc. Lat. vbi sup.

f Conc. Colonien. de Anno 1536. tit. de Parochis &c. c. 5. Senonense in decretis morū c. 36.

tauc-

tauerit. Qui etiam taliter admissi, non nisi consuetas recipiant eleemosinas. Atque vt omnis ab illis absit auaritiæ, & turpis lucri suspitio, numquam se ipsos, pro ijsdem capiendis, audeāt apud populum in publica concione commendare. [a] Laicis cuiuscumque professionis fuerint, iuxta Sacros Canones, ab huiusmodi munere penitus exclusis.

Pro eleemosinis capiendis se ipsos apud populum nō commendēt. A munere prędicandi Laici excludantur.

a c. cum ex iniuncto & c. si cat. in vi. o de hæret.

Decretū. 3.

ET nè diuini Verbi prædicatio suo frustretur effectu, sed eum, quem maximè in Domino cupimus, finem sortiatur; iuxta cōstitutionem fel. rec. [b] Pij V. præcipimus, nè dum prædicatio fit, quisque seditiones in Ecclesia faciat, tumultus moueat, clamores excitet cessent, tunc precipuè vana, & profana colloquia, risus immoderati, strepitus omnes, & quæcumque alia, quæ diuini Verbi prædicationem, aut alia sacra possunt perturbare. Extra Ecclesiam vero in foro Ecclesiæ contiguo, deambulationes, ac negotiationes nullatenus permittantur, nec pauperes eodem tempore, aut dum diuina officia celebrantur, vel sacra peraguntur, sinantur mendicare; quin potius ad eius valuas sistantur; In quo si Archipresbyteri, Parochi, aut Hebdomadarij negligentiores fuerint, nostro vel Vicariorum nostrorum arbitrio puniendi erunt.

Quid seruandum prædicationis, & diuinorum officiorum tempore in Ecclesia.

b Pius V. in Bull. quæ inc. p. cum p. simum.

Decretū. 4.

MEminerint etiam Parochi, eorum munus esse diuinam legem interpretari, quibus præcipuè impositum est onus Verbi Domini; eorum esse officium de [c] legē interro-

Parochorū munus præcipuè est prædicatio Verbi Dei.

c D. Hier. in Agg.

terrogatos respondere, è quorum ore Dei [a] lex est requirenda, quorumue labia scientiam custodire debent; Ne ergo nostra iniuria, [b] paruulis panem petentibus desit qui frangat; monemus illos, ac quantum possumus in Domino obtestamur, vt commissos sibi fideles, pro sua & eorum capacitate, salubri, doctrina [c] pascere studeant, Dominicis præsertim, ac festis diebus, vel inter missarum solemnia, vel alia hora, quæ magis congrua visa fuerit, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes quas sectari oporteat, vt pœnas æternas euadere, & cælestem gloriam consequi valeant.

a Malach. 2.
b Tren. 4.
c Synod. vniuersi Cano. 19. Con. Trid. sess. 5. de refor. c. 2.

Quæ festis diebus, & festis non est intermittenda.

ET quia [d] bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua; vt pueri etiam cum pietate, ac fidei notitia adolescant, discantque tenera adhuc ætate, [e] suaue iugum, ac leue Domini onus portare; mandamus omnibus Archipresbyteris, & Parochis, vt singulis Dominicis, alijsque festis diebus, qui Ecclesiæ præcepto agi solent, [f] pueris singuli in suis Parochijs initia fidei tradant, ac Dei præcepta proponant; eosque ad obedientiam primum Deo, præstandam erudiant, deinde parentibus, qui si filios, & filias suas Sacerdotibus ita imbuendos præsentare neglexerint, grauissimam se nouerint de tali culpa in extremi examinis die rationem reddituros.

Decretū. 5.
d Tren. 3.
e Matth. 11.
f Conc. Trid. sess. 24 de reform. c. 4.

Festis diebus pueri fidei notitia, ac Dei præceptis imbuendi.

Decretũ. 6. — Eadem etiã notitia rusticis, & simplicioribus hominibus tradẽda.

STudeant etiam Parochi iisdem diebus, rusticos ac simpliciores homines in Ecclesia conuocare, eadem Christianæ fidei, ac diuinorum præceptorum notitia, pro eorum captu atque intelligentia, imbuendos. In quibus omnibus, si muneri suo defuerint, non pœnas solum in [a] Tridentino Concilio præscriptas, sed & alias etiam nostro arbitrio reseruatas, se nouerint incursuros, cum in eo culpabiles existant, quod [b] antiquitus excommunicatione, & depositione puniebatur.

[a] Sess. 5. c. 2. de reform.

[b] Can. Apost. 57.

Decretũ. 7. — Festiuis, & Quadragesimæ diebus ad Dei Verbum audiendum fideles conueniant.

CVm demum Veritatis testimonio, non sit ex Deo, [c] qui verba Dei non audit; enixius omnes nostræ Diœcesis Christi fideles in Domino [d] hortamur, illosque paternè monemus, vt in Quadragesima, Dominicis, aliisque festis diebus, quibus per Concionatores, vel Parochos sermo in Ecclesia habebitur, ea qua decet frequentia, reuerentia, ac deuotione Sacris Concionibus, ac diuino verbo intersint, vt inde salubriter refecti, & in Christiana Religione profectum, & spiritualis vitæ augumentum valeant reportare.

[c] Ioann. 8.

[d] Conc. Trid. sess. 24. c. 4. de reform.

D E

DE MISSARVM CELE-
bratione.

CAPVT QVINTVM.

a S. Leo ser. 8. de pass.
b Alexa. Pap. ep. 1. decr. c. nihil. de consec. dist. 2.



Nter[a] omnia Diuinæ misericordiæ opera, quæ ab initio saluti sunt impensa mortaliũ, [b] nihil est admirabilius, nihilque sublimius, quam adorandum illud Missæ sacrificium, quod[c] Sanctum Sanctorum de Sacrificijs Domini appellatur: Mysteriorum omnium longè maximum, [d] ac Sanctissimum: Huic enim Sacramento, non solum vniuersa penè præcedentium sæculorum mysteria seruierunt, vt quidquid holocaustorum varietate, diuersitate victimarum, atque hostiarum differentijs sacra fuit dispensatione dispositum, [e] hoc prænunciarit futurum, hoc implendum promiserit; sed & in præsenti Euangelij cursu, huic ipsi construantur templa, erigantur altaria, consecrentur Sacerdotes, ministri dicentur, Ecclesiastica vasa, ac sacra supellectilis deputetur, Christiani denique ritus omnes, ac ceremoniæ cunctæ dirigantur; vt palam Christi Sacerdotes intelligant, quanto sit cum timore perficiendum, quanto interiori contriti cordis, ac puritatis affectu, quantaue exteriori deuotionis, ac pietatis specie sit celebrandum maximum hoc, ac tremendum sa-

c Leuit. 24.

d Conc. Trid. sess. 22. c. 4.

e S. Leo ser. 8 de Pass. Dñi S. Aug. lib. 1. con. aduers. legis, & Proph. c. 18. & lib. 17 de Ciu. c. 20. D. Tho 3. p. q. 63. art. 6. in corp. & ibi Suar.

Omnia veteris legis sacrificia sacrosanctum Missæ sacrificium præsignabãt.

Ecclesiastici ritus omnes cunctęq; ceremoniæ missæ sacrificiũ respiciunt.

a Syn. Rotun. ser. de miss.
b Greg. 4. Dialog.
c Roman. 6.
d D. Ambr. in orat. ante missam, Epiph. hæres. 55.
e D. Gregor. ibidem.
f D. Tho. opusc. 57. Ambro. lib. 1. de offic. 18 Ciril. Hierosol. Catech. vlt. mistag. Dionis. Areo. lib. Eccles. Hierarc. c. 7 Clem. consti. Apost. lib. 6. c. 8. 18. & 19. Chris. in epist. ad Philip. hom. 3. Eug. 4. in literis vnionis & c. vtlum de consec. dist. 1

crificium, quod est[a] Sacerdotalium functionum consummatio, & sacramentorum omnium sacramentum; [b] quod ab æterno interitu animas soluit, quod illam nobis mortem Vnigeniti reparat; qui licet [c] surgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur; tamen in se ipso immortaliter, atque incorruptibiliter viuens: [d] sacerdos, & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus: pro nobis iterum [e] in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur; in quo etiam eius caro comeditur, eius sanguis, non iam inter infidelium manus, sed in ora fidelium diffunditur; eius denique corpus æterno Patri in salutem omnium tam viuorum, [f] quam defunctorum, acceptissimum sacrificium, offertur; Quod vt ea, qua decet reuerentia, ac religione celebretur, eique debitus honor, & cultus ad Dei Gloriam, & fidelis Populi ædificationem tribuatur, infrascripta inuiolabiliter obseruanda mandamus.

Decretū 1

De dispositione Sacerdotis ad celebrandum

g Roman. 12
h Leuit. 21.
i 1. Cor. 11.
l D. Greg. in pastor. 1. p. c. 11

VIuificam ergo; & salutarem hanc Hostiam, Christi Sacerdos Deo oblaturus, vt rationabile[g] eius reddatur obsequiū, se ipsum prius, hostiam sanctam, ipsique Deo placentem, modis omnibus studeat exhibere; nec [h] maculam habens ad altaris ministerium, aut ad supersubstantialem hunc panem Domino Deo suo offerendum, audeat accedere; sed prius, vt inquit Apostolus [i] se ipsum probet, & discutiat; [l] ne qui placare iram Dei posse creditur, hanc ipse ex pro-

prio

prio reatu mereatur.

Decretũ. 2.
a 1. Cor. 11
b Con. Trid: sess. 13. c 7:

QVare [a] diiudicans primo Sacerdos Domini corpus, illudque à communibus cibis distinguens, [b] mortalis noxæ sibi ipsi conscius, quantumcumque contritus, ac pœnitens sibi videatur; habita confessarij copia; sine præuia sacramentali confessione, & absolutione, ad Sacramentum hoc peragendum assumendumque, accedere non præsumat. Quod si proprij officij necessitate vrgente, vel alia iusta de causa, ad scandalum euitandum, absque pœnitentiæ sacramento celebrauerit, quamprimum confiteatur. [c] Quod ipsum Sacramentum, saltem semel in hebdomada, frequentent sacerdotes; si enim septies in dies cadit iustus, quomodo verisimile erit, sacerdotem, per integram hebdomadam ab omnibus peccatis viuere immunem? satis tamen erit, si non peccare non possumus, peccata lauisse quæ commisimus.

De sacramentali confessione premittenda vbi Sacerdos mortali peccato grauatum se senserit:

c Syn. Botun. in Canonib. de nulla:

Pœnitentiæ sacramentum semel in hebdomada frequentandum à sacerdotibus:

Decretũ. 3.
d Eccles. 34
e Sap. 14

SCriptum est etiam, quia [d] dona impiorum non probat Altissimus: [e] Odio enim sunt Deo impius, & impietas eius. Quapropter publicè, & notorie criminosi Sacerdotes ad offerendum Missæ sacrificium nullatenus admittantur; quoadusque per Dei gratiam, & eorum diligentiam, [f] Christi bonus odor facti; tetrum illum, & mortiferum odorem malæ famæ, in odorem vitæ, & boni nominis commutauerint. [g] Immo nec Clericos, aut Laicos tales existentes Sancto Al-

De publice, & notorie criminosis Sacerdotibus à celebrando, & Clericis siue Laicis ab inseruiendo missæ arcendis

f 2. Cor. 2.
g Conc. Trid. sess. 22. dec. de obser. & uitan. in miss. Conc Vormaciens. c. 18

tari ministrare, aut sacris interesse permittimus. Neque item ad celebrandum admittantur [a] vagi, & ignoti Sacerdotes, nisi de nostra, vel Vicariorum nostrorum respectiuè licentia, & [b] præsentatis prius litteris dimissorialibus, quas, si nimis fuerint obsoletæ, comitetur etiam fides Ordinarij eius loci, vbi fuerint commorati; Circa quæ Parochos, & Ecclesiarum Sacristas oneramus, nostro vel Vicariorum nostrorum arbitrio, si in prædictis transgressores fuerint, puniendos.

a Conc. Hildesem: cap. 6. Conc. Vorm. c. 62. & Cabilon. 2. c. 41

b Con. Trid. sess. 23. c. 16 & de consec. dist. 5. c. non opurtet.

De vagis, & ignotis Sacerdotibus non admittendis ad celebrandum si sine literis dimissorijs sui ordinarij.

Decretū. 4

NOn [c] commessationibus, & ebrietatibus incumbere, sed maximè Dominū Iesum Christum induere debent, qui eius sacerdotio nouiter initiati, eius deputati sunt altari, prætiosissimi eius corporis, ac sanguinis ministerio consecrati. Quocirca [d] commessationes, saltationes, conuiuia omnia, quæ in nouarum missarum celebratione fieri solent, omninò prohibemus; cum eo præcipuè die deceat Christi Sacerdotem ab omni sæculari, & vana conuersatione separatum, arctius ipsi Christo vniri, & in contemplatione tantæ collatæ sibi diuinitus gratiæ, immorari. Publicas itē exactiones etiam sub eleemosynæ prætextu, eadē occasione, interdicimus, eas solum permittentes, quæ à cōsanguineis, alijsque pijs Christi fidelibus, spontanea pietate offeruntur; quas Sacerdos post offertorium, in [e] infimo Altaris gradu constitutus non nisi manipulum, vel sacras imagines offerens deosculandas, poterit recipere

c Romau. 13

d Con. Trid: vbi supra Synod. Hildesam. c. 35

e Syn. Nucetina in c. de obser. & euit. in celeb. miss.

Commessationes, & conuiuia in nouarum missarū celebratione prohibentur

Nouum Christi Sacerdotē quæ deceant

Publicæ exactiones etiā sub eleemosinæ prætextu prohibentur

Non tamen spōtaneę piorum oblationes.

cipere; Qui ſi contrafecerit, exactarum eleemoſynarum priuatione, & alijs arbitrio noſtro pœnis erit mulctandus.

Decretũ. 5. a Mich. 5

De nouis Sacerdotibus non admittẽdis ad celebrandum, niſi prius exactè miſſæ ritus, & cęremonias calleant

SOllicite a cum Domino Deo Noſtro ambulandum eſſe docet propheta. Quare, quæ ad eius cultum, in hoc precipuè pertinent ſacrificio, diligenter ſunt præuidenda, & exactè ſeruanda. Nullus ergo nouus Sacerdos præſumat primam miſſam celebrare, niſi ab alio ſacerdote, ad id muneris, vt infrà ſingulariter deputãdo, edoctus, exactè prius calleat Miſſæ ritus, & cæremonias; de quo idem ſacerdos Vicarijs noſtris in partibus reſpectiuè fidem facere teneatur; ſine quorum benedictione, ac licentia nemo primam miſſam audeat celebrare.

Nullus nouus ſacerdos ſine Vicarij licentia primã miſſam celebret.

Decretũ. 6.

De cęremonijs, & ritibus S. R. E. ad vnguem ſeruandis

RItus autem, & cæremoniæ, tum in miſſarum celebratione, tum in quocumque Eccleſiaſtico officio, illæ ſint ſolum, quę per Sanctam R. E. in rubricis miſſalis nouiſſimè per fel. rec. Clementis PP. Octaui reformati, & cæremoniali eiuſdem iuſſu edito, ſeruandæ omnibus proponuntur, quibus Sacerdotes, & Clerici omnes diligenter ſtudeant, quibuſue nemo quidquam, vel minimum adimat; quæ etiam vt exactius ſeruentur, volumus & præſenti decreto decernimus, in vnoquoque Eccleſiarum nobis ſubiectarum Capitulo, per Vicarios noſtros deputandum eſſe Sacerdotem vnum, qui magis ad hoc idoneus, & aptior videbitur, qui Eccleſiaſticos Ritus, & cæremonias omnes

De Cęremoniarum Magiſtro in vnoquoque Capitulo deputando

accur-

accurrate perscrutetur; inuigilet, vt exactè præstentur; ac præcipuè in suo quęque munere, nouiter quocumque ordine initiatos, instruat. Cui etiam in earumdem executione Presbyteri, & Clerici omnes obediant, graui nostro, vel Vicariorum nostrorum arbitrio, si negligentes, aut contradictores fuerint, animaduersione plectendi.

Ab ipso nouiter ordinati Ecclesiasticis cerimonijs imbuendi Eique omnes obediens obediant:

Decretũ. 7.

NEc vero sola interior puritas, sed & exterior munditiesm ac reuerens, deuotusq; corporis habitus sacro Altari est afferẽdus [a] Caueat ergo sacerdos, ne in re sacra ꝓfanus appareat, nec sit tam sordidus aut ineptus, vt biretum vel aliud quidpiam tanto sacrificio impertinens super ipsam diuini altaris mensam collocare non vereatur. Multo magis autẽ caueat ne [b] cõtra Sacros canones Missam, vel Missæ partem operto capite celebret, nisi forte infirmitatis causa, de nostra, vel Vicariorum nostrorum licentia, fuerit alicui concessus subbireti vsus; [c] quo tamen à Canone vsq; ad sacrificij consummationem inclusiuè, nullatenus quilibet vtatur.

De exteriori cultu in missa seruando

Biretum, aut quoduis aliud impertinens a missæ sacrificium super altare non collocet sacerdos

Operto capite missam nõ celebret, nisi infirmitatis causa de Vicarij licentia

a Syn. Botun. in canon. de missa

b cap. nullus Epis. de consecr. dist. ... Synod. Treuer in c. de offic miss.

c Syno. Prou. Saler. de ann. 1615. tit. de celebr. missæ cap. 11

Decretũ. 8.

NE inter legendum sacerdos erret, vel hæreat; quod sicuti crassæ ignorantiæ est manifestum indicium, ita sacerdotem ipsum non minime vituperabilẽ, ac ridiculum reddit. Celebraturus Missam ipsam totã, (quę quoad fieri potest, diei [d] officio, sit conformis;) antequam è sacrario exeat, præuideat, prælegat, & disponat. Nec [e] vllus audeat Missam de defunctis diebus festis recitare,

De missa præuidenda

Nisi rõnabili de cã missa non recitanda, quæ non sit diei officio conformis Diebus festis missa de Requiem non recitandæ.

d c. quidam de celeb. miss Con. Salegus. cap. 10:
e Syn. Botun. vbi supra: Con. Colon sect. 3. c. 38. Syn. Nucc. in c. de sepul.

dum

a Con. Augu. cap. 28 b Bellar. lib. 2. de sacrific. miss. cap. 2.

Nimia celeritas, aut tarditas fugienda.

Memoriter nihil dicen.

Sacro Canoni missæ nihil addendū, vel detrahendum.

Dum vero rem Diuinam sacerdos facit,[a] nimiam celeritatem,& tarditatem fugiat; [b] secreta secretè, memoriter quidquam ne dicat, sed ex libro legat Canonem, & cuncta quæ sunt in canone; cuius verbis, sub cuiuscumque deuotionis, aut pietatis prætextu, non liceat pro animi voluntate, quicquam addere, vel detrahere. Vocis tenor grauis sit, corporis gestus, modestus ac deuotus. Denique illud vnum Sacerdos secum reputet, vt rem tantam in oculis Dei, & hominum absque culpa, & sine scandalo perficiat; accurate legens, intentè consecrans, deuote offerens, reuerenter tractans, & non indignè sumens Corpus, & Sanguinem Domini.

Decretū 9.

De missa hora competenti & pro populi commoditate celebranda.

VT autem Christi fideles propriè pietati satisfacere possint,& Missam quotidie audientes, tanti sacrificij virtute, Deo conciliati, per illius gratiam sua ipsorum negotia feliciter aggrediantur, & felicissime deducant ad finem. Statuimus per omnes nostrę Diœcesis Ecclesias hūc ordinem esse seruandum vt vbi [c] non nisi vna missa celebrari potest, ea hora competenti pro populi commoditate celebretur. Vbi vero plures celebrari possunt, ita debitis interuallis distribuantur, vt vna in Aurora pro operarijs, vel iter facturis; alia vero, vel aliæ iuxta Archipresbyterorum dispositionem, quibus id curæ committimus, differantur alijs horis celebrandæ; non tamen, nisi debitis, ab [d] Aurora scilicet, vsque ad meridiem; excepta

c Syn. Salern. de anno 1615 tit. de celebr. miss. c. 2. & 3

d D. Tho. 3. p. q. 83 ar. 2. ad 4. & dist. 13. q. 1. ar. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6 § 4. Gabr. lect. 24. in Cano. & summistæ in uer. miss.

nocte

noćte Natiuitatis Domini.

Decret. 10.

CAueat etiam sacerdos, ne in Missarum celebratione, superstitio, quæ veræ pietatis falsa semper imitatrix fuit, aliquo modo irrepat; [a] Quocirca Missarum, seù in earundem celebratione, candelarum determinatum, & certum quendam numerum, nec maiorem, nec minorem, magis à superstitioso cultu, quam à vera Religione procedentem, sub pœnis arbitrio nostro, omnino prohibemus. [b] Duo ad minus, dum Missæ Sacrificium offertur, ardeant luminaria. [c] Prohibemus item missas, quæ circumferuntur, Sancti Gregorij pro viuis, & defunctis; Quindecim Auxiliatorum; & de Patre Aeterno; & quascunque alias à Sacra Rituum Congregatione non approbatas, quas si quis in posterum recitare præsumpserit, non solum pœnas in Indice librorum prohibitorum contentas; sed & alias nostro arbitrio reseruatas, se nouerit incursurum.

De omni superstitione in missarum celebratione vitanda

Prohibetur missarum, & candelarum superstitiosus numerus

Prohibentur etiam missæ S. Gregorij pro viuis, & defunctis, 15 Auxiliatorũ, & si quæ aliæ sunt Sac: Rituum Congregatione nõ approbatæ

a Con. Trid. sess. 22. cap. de obseru. in sacr. miss.

b D. Crisost. in liturgia. Micrregister. c. 11. Bellar. lib. 2. de missa c. 14. Suar. 3. p. dispu. 81 sect. 6. & colligitur ex c: literas de celebr. miss:

c Ex decr. S: Congregationis Rituum Rom: 8: Aprilis 1628

Decret. 11.

FIdelium etiam pietati consulentes, [d] in Ecclesijs nostræ Ditioni subiectis, in quibus Dominicis, alijsque festis diebus missas canendi consuetudo viget; eam nullo pacto intermittendam, sed omnino seruandam mandamus; in quibus vbi commodè fieri potest, Diaconus, & Subdiaconus Dalmaticis induti Sacerdoti missam cantu celebranti ministrent; Quod vbi ob Clericorum minorem numerum fieri non poterit; Clericus mundo, nec lacero super pelliceo indutus,

De obseruandis in missa solemni, & cantu Ecclesiastico

d Syn. S. M. Capuensis manuscrip. de anno 1614. sess. 2: in c. 15. de diu. offic.

mini-

a Syn. vniuersal. 6. can. 75. extrauag. docta Sanctorũ. Io. 22. in 6. c. cantantes de con ecr. dist. 1. Con. Trid. sess. 22. vbi supra: Con. Pro. Senonse c. 17 in decretis morum
b Coloss. 3
Decret. 12.

ministret. [a] Organa autem, & cantus, si qui in huiusmodi Missis, aut alijs Ecclesiasticis officijs interuenerint, omni vanitate fugata, nihil omninò præter Dei laudes, & spiritualia cantica resonent; quæ apta sint [b] docere, & commonere Christi fideles, illosque, ad Deo in cordibus suis in gratia, & gratiarum actione cantandum, excitare.

In Organis & cantu Ecclesiastico quæcum que vanitate redolent, eufuganda.

TAnto autem sacrificio ministrantes Diaconi, & Subdiaconi, meminerint, quod si vasa Domini ferentes in veteri lege, quæ [c] futurorum vmbra tantummodo fuit, mundari tamen prius iubebantur. [d] Mundammini, inquit Propheta, qui fertis vasa Domini; quanto magis ablui, & mundari debent, qui ea in præsenti lege, quæ vmbra discussa, veritatis splendorem aperuit, non solum ferunt, & portant; sed tractant, & contingunt, atque Angelorum Ministerio consociati, ad ipsius Sacri Altaris venerabile Mysterium proximè accedunt? Quocirca non solum exteriori corporis munditie, sed & interiori Angelica puritate illos prælucere est necesse.

De Diaconis, & Subdiaconis sacro altari ministrantibus.

c Hebr. 10
d Isai. 52.

Quanta in ipsis etiam munditie, & puritas requiratur.

Caueant ergo ne non [e] ieiuni, aut certè mortalis peccati conscientia grauati, tam tremendo sacrificio assistere præsumant. [f] Verius enim est id audentes, noui mortalis peccati reatum incurrere, tanquam à profano ministerio, sacrum non discernentes, nec [g] pretiosum separantes à vili. Si itaque opus illis fuerit, non nisi præuia sacramentali confessione, aut saltem feruido contritionis actu

e Conc. Antisiodo. c. 19. & Treuiren. in c. de off. missę
f D. Tho. in 4. dis. 24. q. 1. ar. 3. Ang. v. Cleric. 3. n. 1. Silu v. eod 2. nu. 2. Caie. 2. 2. q. 60. ar. 2
g Hier. 15.

Nõ ieiuni aut mortali peccato grauati non audeant Altari ministrare.

præmisso, ad tantum ministerium audeant accedere.

Decret. 13.

De Clericis missis interuenientibus

CLerici etiam Sacerdoti, vel sollemniter celebranti, vel Missæ sacrum priuatim peragenti ministrantes, non solum decenter vestibus sint compositi, & ornati, ac mundo superpelliceo induti; sed maximè vultus modestia, & apta corporis compositione decorati; vt diuini huius officij Maiestas, ac splendor, & interiori, & exteriori cultu, quoad fieri potest, omni ex parte refulgeant.

Decret. 14.

a Syn. Casin. de anno 1626 sess. 1. c. 6. decr. 18. c. tribus de consecrat. dist. 2

b Prou. 4

c Syn. Aueni. in c. de sacristia.

De gratijs post missam habendis.

SAcro [a] vero peracto, mensæ Domini particeps factus Sacerdos, caueat ne mensæ Dæmoniorum assideat; non statim ad mūdana conuertatur; non vana colloquia misceat; non dissoluatur ad sęcularia; sed [b] omni custodia seruet cor suum, & in ipso, sibi comparatum, diuinæ gratiæ thesaurum. [c] Quocirca, in vnoquoque sacrario, tabellam earum precum, quæ ante, quæque post missam recitari solent, & genuflexorium etiam statui mandamus, cui Crucifixi Domini nostri, aut alia sacra Imago præponatur; antequàm orans Sacerdos, collatum sibi Cæleste munus, Diuinæ Maiestati, gratias illi agens, acceptum referat.

Decret. 15.

d D. Ambr. lib. 4. de sacr. cap. vlt. relat. in c. si quotiescumque de conse. dist. 2

Quotidie celebrare, nec laude, nec vituperatione dignum

SI quotiescumque Christi Sanguis effunditur, inquit [d] Ambrosius, in remissionē peccatorum effunditur; qui quotidie, qui semper peccant, deberent semper sumere medicinam. At quotidie celebrare, sicuti non laudo, ita nec vituperatione dignum dixit alterum

a D. Augu. de Eccl. dog. c. 53 relat. in cap. si quotidie. eadem dist.
b Matth. 8.
c Luc. 19.

rum illud Ecclesiæ lumen [a] Augustinus; hinc aspiciens laudatissimum illum militem, qui dixit; [b] Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum; inde oculos conuertens ad [c] Principem illum publicanorum, qui lætabundus statim descendit ex Arbore, vt Iesum susciperet hospitio. Nos autem qui corrupto hoc sæculo viuimus, certam omnibus Regulam præscribere non valentes, cuilibet Sacerdoti dicimus ex corde, [d] Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Vt tamen in hoc certa aliqua lex pro negligentioribus Sacerdotibus constituatur. Præcipimus, [e] vt animarum curam habentes, saltem ter in hebdomada; reliqui vero Sacerdotes, omnibus diebus festis de præcepto, Missæ sacrificium Deo offerant: Singulos nostræ Ditionis Sacerdotes monentes, de præsentis precipuè decreti obseruatione, Nos in visitationibus exactissimè esse inquisituros, ac grauius in illegitimos transgressores animaduersuros.

d Ambr. lib. 4 de sacr. c. 4. de consecr. dist. 2 c. non iste
e Syno. Auen. in c. de vita & honest. Cler.

Sacerdoti sic viuendum, vt quotidie celebrare possit.

Indulgetur tamen vt sacerdotes animarum curā non habentes diebus festis celebrent, illā vero habentes saltem ter in hebdomada celebrare teneantur

Decret. 16.
f Syn. Bonon. ser. de miss.

QVo maior est Sacerdotum dignitas, quæ tanta est, vt illi cedant [f] Angelorum gloria, & maiestas vniuersa, eo est indignius hanc sordidissima auaritiæ labè contaminari, ab ijs precipuè Sacerdotibus, quibus carius est argentum quam sacramentum, qui stulte nimis, gratiam Dei vendi posse, & si forte non mente putant, opere tamen se credere demonstrant. Quorum nequissimum scelus, vt longissimè à nostris

Mercedes, & pacta pro missarum celebratione prohibentur.

Quanta sit sacerdotum dignitas

a Conc. Trid. sess. 22. in decr. de obser. & euit. in celebr. miss.
b Leo 10. in Con. Later. in bull. quæ incipit. Supernæ dispositionis, Pius V. in bul. quæ incipit, Cumprimum

sacerdotibus arceatur; Cuiusuis generis [a] mercedes, conditiones, & pacta pro missarum celebratione sub pœnis in Iure, & Summorum [b] Pontificum Constitutionibus, contra Simoniacos contentis, alijsque grauissimis, etiam temporalibus, nostro arbitrio reseruatis, interdicimus, & prohibemus.

Decret. 17.
c Deutero. 25
d 1. Cor. 9. de c. extirpandæ de præben.

Eleemosina statuitur pro sacerdotibus missas celebrantibus

QVia tamen nouimus ex lege Domini, [c] boui trituranti os non esse alligandum, & [d] Altari deseruientem cum Altari participare: qui enim in sacrario operantur, inquit Apostolus, quæ de Sacrario sunt edunt. Ideò Sacerdotes iuxta antiquissimum Catholicæ Ecclesiæ vsum, quæ à fidelibus pro missarum celebratione vltronea pietate, & eleemosynaliter offeruntur, accipere concedimus. Quod [e] tamen, ne cuiquam Sacerdoti auaritiæ, aut damnabilis lucri occasionem præbeat; Sacerdotum nostræ Diœcesis, statu prius, pauperie, & oneribus maturè consideratis; Ad grauem eorum aliquo pacto subleuandam inopiam; illud etiam attendentes, quod Ecclesiarum nostrarum tenuissimi sunt reditus; id ea lege temperamus, vt Sacerdotes pro vniuscuiusque missæ celebratione; siquidem priuata fuerit, carolenum vnum cum dimidio; si verò cantu celebranda erit, iuxta ea quæ in alia Synodo, sub rec. mem. D. Ignatio à Tortoritio, sunt disposita, carolenos quinque accipiant.

e Ordinarius potest statuere stipendiū, seu eleemosinam certam ad obligandū Laicos ad nō præstandū minus, & sacerdotes ad non exigendū plus pro celebratione missarum Cordub. lib. 1 q. 4. dub. 4. Suar. 3. p. disp. 86. sect. 2. Regin. lib. 23. n. 241. Mirand man. Prælato q. 41. art. 23. Barbos. de potes. Epis. alleg 24. nu. 8.

Decret. 18.

De eo quod sacerdotes

CAeterum vt fidelium deuotis eleemosinis satisfiat, neue piæ corū voluntates,

ex hoc sæculo discedentes, pro animarum suarum remedio, temporalia bona reliquerunt, sua spe & desiderio iniquè, & indignè fraudentur. Pro nostro Pastorali officio Sacerdotes omnes [a] monemus, ac quantum possumus in Domino obtestamur, vt memores sint oblationis suæ; quæ etiam, vt iugiter ob eorum oculos versetur, & intelligant etiam Christi fideles, neminem è Sacerdotum memoria excidere, nullum debitis suffragijs priuari. Mandamus in vniuscuiusque Ecclesiæ sacrario, vel alio patenti loco [b] tabellam appendi, in qua missarum, tam pro viuis, quam pro Defunctis celebrãdarum vniuersa onera describantur, siue ea quotidiana sint, siue annua, quibus etiam statutis diebus, si nõ fuerint impeditę, aut certè prima die similiter non impedita, infallibiliter satisfiat. Prohibentes in posterum noua perpetua earundem missarum celebrandarum, sine nostra licentia, onera suscipi, iuxta ea quæ nouissimè per [c] Illustrissimos DD. Cardinales S.C.T. interpretationi prępositos sunt decreta.

missarum celebrandarum oneribus, siue ea quotidiana sint, siue annua, quam primum satisfaciant:

Tabella in sacrario, siue alio patenti loco appendẽda in qua huiusmodi onera sint descripta

[a] Ex Concil. Trid. sess. 25. c. cum Catholica.


[b] Syn. Botun. ser. de fideliũ legatis. Syno. S.M. Casin. de anno 1626. sess. 1. c. 6. decr. 1.

[c] 21. Jun. 1625

DE

DE HORIS CANONICIS.

CAPVT SEXTVM.



Acerdotes,& Clericos in sortē Domini vocatos, atque in *a* agro Dominico peculiariter operarios constitutos, oportet diligenter, atque vigilanter spiritualem exercere culturam; vt perseueranti industria, quæ legitimis temporibus, atque horis sunt exequenda, curantes; de sanctorum inde operum fruge lætentur, quæ si pigro otio, & inerti desidia negligantur, eorum terra nihil generosi germinis pariet, & spinis, ac tribulis subdita, non producet, quæ cælestibus condenda sint horreis, sed quæ infernis vrenda sint flammis. Terra autem,& Ager iste, & si rorante desuper gratia Dei,fide muniatur,exerceatur ieiunijs, eleemosinis, alijsque pijs operibus colatur; Dei tamen verbis, & eloquijs precipuè seritur; *b* Semen enim est verbum Dei, & orationibus fœcundatur;per quas etiam, enecato omni semine vitiorum, in cordibus nostris inualescit seges læta virtutum. Quocirca ad tantum bonum in eorum precipuè cordibus promouendum, qui diuino famulatui singulariter sunt adscripti,eiusque ministerio mancipari, Apostolicis fuit traditionibus institutum,& perseueranti deuotione seruatum, vt

Sacer-

a D.Leo ser. 3 de ieiun. 10. mensis

b Luc, 8.

D.Leo ibidem

Sacerdotes,& Clerici sunt peculiariter operarij in agro Domini constituti

Ager Diuinus quomodo colatur

Precipua agri Dominici cultura

Oratione eradicātur vitia, virtutes accrescunt

Sacerdotes, & Clerici pijs precibus, & orationibus interdiu noctuque incumberent, Deique laudes,& eloquia,dulci quotidie, & interius cordis meditatione conciperent, & exterius etiam, ad Christi fidelium pietatem excitandam, vocis modulatione resonarent.Hinc diuinum,quod vulgo dicunt, officium institutum, Officium [a] quod rerum omnium Parenti Deo,& priuato,& publico Ecclesiæ nomine exoluitur: quo eius magnalia referantur:celebrantur laudes: accepta,cum gratiarum actione, beneficia commemorantur;quo denique nos metipsos [b] psalmis hymnis, & canticis spiritualibus commonentes, ipsis Beatarum mentium, & Angelorum Choris inserimus, & vnimus. Videant ergo, & attendant Christi Sacerdotes, & Clerici nobilissimo huic officio destinati, illi se Maiestati psallentes assistere,quam Dominationes adorant,tremunt Potestates, & Cherubim,atque Seraphim incessabili voce concelebrant. [c] Quæ si vbique præsens, & in omni loco bonos, & malos speculari creditur, maximè tamen cum ad opus diuinum assistimus, sine aliqua dubitatione, adesse credenda est.Et certè [d] si cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere,non præsuminus nisi cum humilitate,& reuerentia; quanto magis Domino Deo vniuersorum cum omni humilitate, & puritatis deuotione supplicandum est. Vt ergo seruitutis huius obsequium illi,quanta maiori fieri potest re-

uerен-

Diuinum officium quare institutum

a Syn. Botur. ser. de diuin. offic.

b Coloss. 3

c S. Pater Benedictus in Reg. c. 19

Oculi Domini vbique bonos,& malos speculantur.

d Idem ibidē c. 20.

Cum omni humilitate Deo supplicandum

uerentia,& pietate, exhibeatur; quæ sequntur, in diuini officij recitatione, seruanda disponimus.

Decretũ. 1 ET si in Ecclesijs nostræ Diœcesis nulla adsit obligatio quotidie Diuinum officium in choro persoluendi; laudabilem tamen, & vetustissimam consuetudinem, quæ viget in Ecclesijs nostris Tramutulæ, Castri Abbatis, Sancti Magni, Perdifumi, Matontorum, Casalitij, & Pollæ Horas Canonicas, secundũ Romanę Curiæ morẽ, festiuis diebus in choro recitandi, non solũ confirmamus,& approbamus; sed præsenti etiam Synodali decreto perpetuę illi firmitatis robur adijcimus; statuentes hoc ipsum seruari debere in triduo ante Pascha, atque etiam per totam Octauam Corporis Christi; vt ad Canonicas horas pia plebs per totam illam Octauam concurrens, Indulgentiarum thesaurum à Sanctissimis Pontificibus [a] Vrbano Quarto, & Clemente Quinto concessum, sibi possit comparare; Cuius etiam commoditati, vt quoad fieri potest, consulatur, ita congruis horis illis diebus Diuini officij recitatio temperetur, vt paulo ante solis occasum matutinum totum cum laudibus sit absolutum.

Laudabilis nostrarum ecclesarum cõsuetudo confirmatur

Per totã octauam Corporis Christi diuinum officiũ in choro est recitandum.

a Clem. si Dominum de reliq. & venerat. sanctorũ.

Decretũ. 2. IN Choro ergo festiuis diebus conuenientes Sacerdotes, & Clerici ad [b] laudis sacrificium Domino Deo suo immolandum, eam animi pietatem, eumque corporis habitum præseferant, qui, & Dei Maiestatem deceat, & eius Populum aptus sit ædificare.

b Psalm. 49

De grauitate, modestia, & cęremoniis, in Choro seruandis

Illud

a Clem. Graui de celebr. missarum. Syn. Senon. in decr. morum c. 18. Con. Basilie. sess. 21. Syno. Colon. de anno 1536. tit. de Metrop. & Cathedralibus, & Collegiatis, &c. c. 8

b Matth. 15

Illud non ingrediantur nisi mundis[a] super pelliceis induti, quæ omnes, tum in Choro, tum in Processionibus, etiam si propinquorum, & consanguineorum luctum deferant, gestare teneantur, quacumque consuetudine in contrarium non obstante, quam præsenti decreto tollimus, & abolemus; & omnino sublatam, & abolitam pronunciamus: absurdum enim est[b] propter vanas consuetudines, ea quæ ad Ecclesiæ ritus, ac Dei cultum spectant irrita fieri.

Omnes in Choro, & Processionibus superpellicea deferant.

Consuetudo in cõtrarium tollitur, & abrogatur.

Decretũ, 3.

c Syno. Casin. de anno 1626 sess. 1. c. 7. decr. 3

d Con. Aquisg. 1. c. 131

e Syn. Casin. de anno 1592 sess. 1. c. 7. decr. 2.

f Syn. Senon. in decr. morũ c. 18.

g Conc. Prou. Colo. vbi sup. c. 5. Syn. Treu. in c. de hor. Canon.

h c. dolentes de celeb. miss.

i Eodem cap.

IBidem etiam[c] in sedendo, stando, genuflectendo, vel caput inclinando, modestiam, decorem, & rubricas omnes seruent; clamorem, nugas, scurrilitatemque omnem prorsus vitent; nec[d] vana colloquia intermisceant, aut de loco ad locum vagentur; nec inde sine[e] Archipresbyteri, aut eius qui in choro superiorem locum tenebit, licentia discedere præsumant; [f] literas item, seù scripturas alias non legant, [g] nec priuatim horas Canonicas recitent, aut quidpiam aliud faciant, tanto operi quod præ manibus habent, impertinens; sed[h] quantum eis Deus dederit, laudes diuinas studiosè celebrent, & deuotè. Prædicta ergo omnia sub pœnis[i] in Iure contentis, & alijs etiam arbitrarijs, iubemus, ac respectiuè penitus inhibemus.

Vana colloquia in Choro vitanda.

Sine superioris licentia è choro non exeundum.

Priuatim horæ Canonicæ in choro non recitandæ.

Decretũ. 4.

l Cleme. Graui de celebr. miss.

IPsum vero Diuinum officium, nõ cursim, non oscitanter, [l] non perturbatè, aut tumultuariè, sed quanta maxime fieri potest diligentia, distinctè, maturè, grauiter, & cum

De modo recitandi diuinum offi tum publicè, tum priuatim

intermedia pausa persoluatur ab omnibus; [a] Sitque Archipresbyterorum onus admonere, corripere, obsecrare Sacerdotes, & Clericos omnes in Domino, vt illi in [b] timore seruiant, [c] sapienter psallant, [d] suorum labiorum vitulos deuote Altissimo reddant; meminerintque [e] maledictum in diuinis scripturis pronunciari, diuino operi negligenter incumbentem. [f] Priuatim verò recitantes, non per vicos, vel plateas ambulando, sed in Ecclesijs, vel eorum domibus ab aliorum conspectu semoti, [g] quo à deuotione non retrahantur, suo muneri satisfaciant, nec [h] diuino operi quicquam præponant.

Ab Archipresbyteris monendi sacerdotes & clerici, vt suo muneri in Choro diligenter, & reuerenter satisfaciant.

Priuatim diuinum officium recitantibus quid seruandum.

a Syn. Botun. in tert. de diebus festis
b Psalm. 2
c Psalm. 46
d Osee. 14
e Hier. 48
f Sotus lib. 10 de iust. q. 5. art. 4. in fin.
g Syn. Senon. in decre. mor. c. 19. Syn. Treuiren. in c. de hor. can.
h S. P. Bened. in Reg. c. 43.

Decretū. 5.

Ordinariorum [i] arbitrio Ecclesiasticam disciplinam, iuxta Sacros Canones, suscepturi relinquuntur Sacerdotes, & Clerici, qui ad opus sanctum adesse contempserint. Idcirco, vt corporalis saltem pœna corripiat, quos spiritualis non corrigit disciplina, statuimus, quod si quis Sacerdos, siue Clericus, sine iusta causa, & legitima excusatione, festiuis diebus prędictis, diuinis officijs non occurrerit; si quidem matutino defuerit, soluat granos quinque, totidem si Missæ maiori; si verò alijs horis, duplo minus mulctetur, eadem pœna respectiuè plectendus, qui in matutinis, & alijs horis inchoato primo psalmo post hymnum, in missa vero ante completam Gloriam in choro non adfuerit. Cuius rei ratio ab Hebdomadario supputetur; Quod etiam emolumentum, omni spe remis-

De pœna non conuenientium in choro, vel tarde aduenientium.

i Syn. Aureli. 1. c. 30 relat. in c. Clerici. dist. 92.

remissionis sublata, in cæterorum commodum cedere volumus; Qui verò diuini officij pensum, nisi fortè fuerint legitimè impediti, priuatim reddere neglexerint, ad eas pœnas in conscientia se obligatos nouerint, quæ per fel. rec. Leonem X. in [a] Concil. Lateranensi & [b] Pium Quintum contra taliter negligentes sunt statutæ.

[a] Sess. 9. in bull. quæ incip. Supernæ dispositionis.
[b] In bulla, quæ incip. Ex proximè

Decretũ. 6.

De Horarum Canonicarũ sign. iux. Archipresbyterorum dispositionem pulsandis.

QVando verò supradictis diebus Ecclesiastica officia sunt recitanda, iuxta ea quæ in alia [c] Synodo sunt statuta, Clerici statutis à suis Archipresbyteris temporibus, Horarum Canonicarum, ac Missarum etiam alijs diebus, signa pulsent. Idemque accuratè obseruetur in salutanda D. Virgine Matre, manè, meridie, ac vespere, nec non in significando suffragio pro defunctis ad horam noctis primam, iuxta pijssimam Ecclesiarum ferè omnium consuetudinem; in quibus si Clerici supradicti negligentes fuerint, nostro vel Vicariorum nostrorum arbitrio suæ negligentiæ pœnas se nouerint soluturos.

[c] Syno. S. M. Cauen. de anno 1614. M.S. sess. 2

Decretũ. 7.

De Diuino officio iux. Bre. Rom. Rubricas rec. cando

ET si autem toto anni tempore, iuxta Breuiarij Romani Rubricas atque præscriptum, diuinum officium ab omnibus, qui ad illud tenentur sit recitandum: illorum tamen sanctorum maximè celebranda sunt merita, quorum nos apud Deum suffragijs specialiter confidimus subleuari; Cùm autem inter hos precipuum locum obtineant Sanctissimus Monasticæ Religionis Institutor, &

 Pro-

Propagator Benedictus, Sanctique Patres nostri Alferius, Leo, Petrus, atque Constabilis, quorum meritis Sacri nostri Monasterij Diœcesis summa semper pietate creuit, & perseuerauit libera, ac singularibus Priuilegijs à Summis Pontificibus decorata. Ideò præter Diui Patris Benedicti officium sub Ritu duplici primæ classis in vniuersa Diœcesi nostra propria die recitandum, eiusdem etiam vna cum supradictis sanctis, sub vna Antiphona, vnaque Collecta, vt infra, commemorationem inter aliorum sanctorum preces, & suffragia, ante antiphonam de pace, in feriali officio reponi, & fieri mandamus.

D. Patris Benedicti officium recitandum sub ritu duplici primæ Classis.

ANTIPHONA.

Pro sanctis Tutelaribus reponenda inter alia sanctorum suffragia in feriali officio.

GAudent in Cælis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt sequuti, & quia pro eius amore sæculum spreuerunt; Ideò cum Christo gaudent sine fine.

℣. Exultent iusti in conspectu Dei.
℞. Et delectentur in lætitia.

ORATIO.

MAiestatem tuam Domine supplices exoramus, vt sicut nos iugiter sanctorũ

tuorum

tuorum Benedicti, Alferij, Petri, Leonis, atque Constabilis Abbatum commemoratione lætificas ita semper supplicatione defendas.

DE FESTORVM DIERVM Celebratione.

CAPVT SEPTIMVM.



a S. Leo serm. 4. de epiph.

Omnibus diebus Dei beneficentia collaudanda, eique gratiæ sunt, pro collatis beneficijs, agendæ.

Vstum [a] quidem, & rationabile esset, ac debitæ veræque pietatis obsequium, non solum singulis diebus, sed & horis, atque momentis diuinæ opera misericordiæ celebrare, totoque corde, & honorifice quæ ad salutem nostram sunt gesta, recolere, atque in eorundem perpetua gratiarum actione permanere, ita vt cum Propheta [b] semper laus Dei esset in ore nostro. Quia vero [c] terrena hæc inhabitatio sensum multa cogitantem deprimit, [d] nec facile est humanarum rerum occupationibus detentos, Diuino cultui indesinenter incumbere, assidueque cœlestia meditari, [e] Diuina fuit dispensatione prouisum, & Ecclesiastica [f] sanctione firmatum, vt certi quidam dies, sacramentorum salutis nostræ memoria, vel sanctorum cum Christo in Cælo Regnantium, cultu redderentur illustriores: [g] In quibus etiam diligentiori sollicitudine corda

b Psalm. 33
c Sap. 9
d Catech. Roma. in explicat. 3. præcepti
e Exod. 20. & 31. Leuit. 26 Deut. 50
f c. cō questus de fer. c. pronunciandum de consecra. dist. 3
g S. Leo ser. 3. in quadrag.

Hoc tamē precipue præstandum diebus festis, qui ad id singulariter sunt deputati

Festiuitas maior, maiorem etiam in celebrante deuotionem exigit, ac pietatem

corda nostra mundantes, ac studiosius exercentes disciplinam virtutum, quo ipsa Mysteria sunt maiora, & festiuitas celebranda sublimior, eo ipsi etiam qui celebrant, virtutum actibus, pijsque operationibus magis reperirentur ornati. Et quidem si rationabile, & quodammodo Religiosum videtur per diem festum in vestitu nitido prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis ostendere; si ipsam quoque orationis Domum propensiore tunc cura, & ampliori cultu, quantum possumus, adornamus; dignum certe erit, vt anima Christiana, quæ verum viuumque [a] Dei Templum est, speciem suam prudenter exornet, & sanctorum memorias, suæque Redemptionis celebratura sacramenta, omni circumspectione præcaueat, ne vlla eam macula iniquitatis obfuscet, aut vitiosi cordis ruga dedecoret. Quid enim prodest honestatis formam præferens cultus exterior, si interiora hominis aliquorum sordeant contaminatione vitiorum? His ergo diebus omnia quæ animi puritatem, & speculum mentis obnubilant abstergenda, & quadam eliminatione radenda sunt. Non ea his diebus agantur, quæ [b] in singultum sint, & scrupulum cordis; quin potius in Domino gaudentes, sine [c] intermissione oremus, laudemus Deum in se ipso laudabilem, ac gloriosum; in nos misericordem, ac beneficium; in suis vero [d] sanctis mirabilem. Opera nostra, immo & ipsæ cogitationes [e] nostræ, diem festum agant

a 2. Cor. 6
b 1 Reg. 25
c Thessal. 5
d Psalm. 67
e Psalm. 75

Non exteriori solum apparatu, sed interno maximè animi cultu dies festi celebrandi

ragant illi;sic enim temporalia hæc festa peragentes,delibabimus partem illius diei festi, qui cum aduenerit in atrijs Domini, tunc erit sabbathum [a] ex sabbatho, & perpetuus sabbathismus populi Dei; tunc erit nobis [b] sabbathum magnum, & delicatum, lætitia sempiterna,& gaudium sine fine.Interim vero,vt improborum hominum cupiditati, qui dies festos venerari contemnunt,modus ponatur,prauique abusus,si qui in eorum celebratione inualuerunt, omnino corrigantur; antiquis Canonibus inhærentes,quæ sequuntur, ab omnibus in Diœcesi nostra, inuiolabiliter seruanda statuimus.

a Isai. 66.
b Idem c. 58.

Decretũ. I

De operibus seruilibus diebus festis prohibitis

DEclaramus ergo præter Dominicos dies, aliosque festos per sacros [c] Canones statutos, in vniuersa Diœcesi nostra de præcepto seruari debere.Natalitium diem S.P.N.Benedicti Abbatis; Eorum item sanctorum in quorum honorem Deo dicatæ sunt Parochiales Ecclesiæ eiusdem nostræ Diœcesis,in Terris, & Oppidis vbi huiusmodi Ecclesiæ sunt constitutæ;& vbi etiam consuetudo habet talia festa de præcepto venerari; Quam consuetudinem, & si quæ alia circa huiusmodi festorum obseruationem consuetudo viget, præsenti decreto confirmamus,& approbamus. Has vero festiuitates,teneantur Parochi,iuxta [d] Sacros Canones,Dominicis diebus populo pronunciare, vt sciat sacros dies à prophanis distinguere, ducens in illis vitam non tam hominibus

c c. conquestus de fer. c. pronunciandum de consecr. dist. 3.

Parochi denũtient Populo Dominicis diebus, festa in hebdomada occurrentia.

d Con. Apud. Compend. c. 8 & cap. pronunciandum vbi supra.

com-

communem, quam dignam Sanctis, dignam Angelis, dignam Deo, quoad fieri potest sine peccato viuens: festiuitate enim abutitur, qui in illa nouo se scelere inquinat.

Decretũ.2.

a Malach. 2

CVius occasiones, & illecebrę, vt quod in nobis est, à nostro Grege sacris Deo diebus tollantur, a ne fortè dispergat Dominus sollemnitates nostras, aut odio habeat a sabbatha nostra. Ideo b illicita omnia, & seruilia opera, cuiuscumque generis, in illis exerceri interdicimus; præter ea quæ de Iure permittuntur. c Mercatus in illis non fiant, nisi earum rerum quæ ad vsum quotidiani victus sunt necessaria, nec vecturæ d agantur; Macellarij etiam, & Tabernarij, omnesque, & singuli artifices, vsque ad solis occasum suas ipsorum officinas ex toto, vel ex parte saltem clausas teneant; e immo nec ipsarum ianuis, manè precipuè, quasi aliquid venditituri, assideant. Profanæ item negotiationes, f & Iudiciorum strepitus conquiescant; nec g iuramenta præstentur, aut rogitus fiant. h Turpibus etiam, & pudendis ludis, qui otij fomites sunt blasphemiarumque parentes, nullus incumbat. Cessent commessationes & ebrietates, i choreæ etiam, nuptialibus exceptis, virorum, atque mulierum. Non demum quicquam aliud agatur quod dies Altissimæ Maiestati, aut Sanctorum memoriæ deputatos dedeceat, ac deturpet, fideliumque animos à debita pietate, aptum sit reuocare. l Qui vero diebus præfatis in prædictis trans-

De operibus seruilibus diebus festis prohibitis.

Mercatus prohibentur diebus festis

Vecturæ non agendæ

Officinæ artificum non aperiendæ

Iudicialia quæcumque non exercenda

A ludis commessationibus, & choreis abstinendum.

Contrauenientium pœnæ.

a Isai. 1
b c. licet de fer. Con. Tol. 10. c. 18. Con. Remen. c. 35
c Con. Turo. sub Carolo Magno c. 40 Con. Mogun. c. 37. & aliud similiter Mogun. de 1549 c. 98
d Pius Quintus in bulla quæ incipit Cum primũ:
e Syn. Botun in can. de diebus festis
f Conci. Matiscon. 2. c. 1. Tolet. 9. c. 19
g cap: omnes dies de fer:
h Syn: Botun: vbi supra
i Con. Tole. 3. ca. 3. relat. de consecrat. dist. 2. c. irreligiosa

l Pius V. in bul. vbi supra

transgressor extiterit, præter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam, tum etiam Instrumentorum, quibus ad seruile opus vtetur; grauissimam pro modo culpæ pœnam nostro, vel Vicariorum nostrorum arbitrio se nouerit subiturum.

Decretũ. 3. ET quoniam, quod dolenter dicimus, eo in Diœcesi nostra inualuit quorundam irreligiositas, & irreuerentia, vt minimi etiam lucri cupidine ducti, non vereantur in animarum suarum perniciem, & cum maximo piorum scandalo dies festos violare, negotiando, vendendo, emendo, & alia seruilia, atque etiam, quod pudet dicere, turpia opera exercendo; Mandamus Vicarijs nostris in partibus, vt huius farinæ homines, qui nec Deum timent, nec homines reuerentur, descriptos habeāt; in quos cum depræhensi fuerint contra supradicta deliquisse, vt cæteri metum habeant, eorumque pœna in aliorum cedat exemplum, grauius & seuerissimè animaduertant; Quod si vrgente aliqua [a] necessitate, seruile quid fieri diebus festis oporteat, supradicti [b] Vicarij consulantur, qui re diligenter inspecta, quod congruum fuerit decernant.

In eos qui frequentiùs contra prædicta delinquunt, acrius animaduertendũ decernitur

Si seruilis operis diebus fest. necessitas occurrat, à Vicarijs in partibus licentia respectiuè petenda

a c. licet de ferijs

b Con. Auen. in c. de dieru fest. cultu

Decretũ. 4. PArochi vero fideles sibi commissos hortentur, ac moneant, vt festis diebus à supradictis abstinentes, dies ipsos integros prædicationibus, Diuinis officijs, præsertim vespertinis, audiendis, alijsque pijs precibus, & operationibus insumant. Sacrosancto

Quibus operibus diebus festis incumbẽdum

præcipuè missæ sacrificio intersint. Doceant quam grauiter peccent non solùm ij, qui seruilia opera faciunt, sed etiam qui alios extra necessitatis casum, de Vicariorum nostrorum scientia probandum, ad eadem facienda iussione, vel Consilio inducunt. Moneant etiam agrorum, & animalium a Dominos, vt pastores, porcarios, aratóres, & villicos, qui pecudum more viuentes, nulla ferè Christianæ pietatis opera exercent ad refocillandam animam, Dominicis saltem alijsque festis diebus missæ sacrum permittant, immò iubeant audire.

a Con. Rothomag. c. 5

Decret. 5.

ET quia quidam adeò propriæ salutis sunt immemores, vt diebus festis sacro sancto missæ sacrificio, quod & pro eorum salute offertur negligāt interesse. Statuimus, quod Laico, qui nec infirmus in lecto decumbens, nec alia legitima de causâ impeditus, mente tamen integro, aut ex praua consuetudine, quæ vltra decem vices per integrum annum intelligatur, supradictis diebus festis missam non audierit: Si quidem culpa patens, & cum aliorum scandalo fuerit, nec ipso quidem Paschali tempore confessarius absolutionis beneficium sine publica pœnitentia impertiatur: si vero latens fuerit, non nisi grauiter obiurgatum, atque acri pœnitentia mulctatum dimittat. Clericus verò, qui cum choro debeat interesse, & Ecclesiæ inseruire, non nisi publicè notari potest; in interiori foro, & grauius obiurgetur, & acrius pro con-

In laicos diebus festis missam non audientes

Pœna clericorum similiter diebus festis missam non audientium

Confessarij prudentia corripiatur. In exteriori vero, præter pœnas supra Clericis ad Diuina Officia non concurrentibus inflictas, & alias etiam eo grauiores, quo detestabilior in ipso est culpa, nostro vel Vicariorum nostrorum arbitrio se noscat soluturum.

Decretũ.6.
a Syn. Botun. in can de miſſ. Syn.Cauũ.de anno 1626. ſeſſ.1.c.1. decre. 1.

Hortandi parentes, vt filias suas nubiles diebus festis ad missam audiendam Ecclesiam adire permittant.

Confessarij Demum, & Parochi, hi quidem dum festis diebus Populum alloquuntur, illi verò secretis, & efficacioribus monitionibus in Sacramento pœnitentiæ, studeant prauam illam consuetudinem modis omnibus tollere, qua parentes filias suas nubiles festis diebus Ecclesias ad missę sacrum audiendum adire non permittunt. Doceant sine mortali culpa eis non licere in Ecclesiasticis præceptis dispensare, aut eis contrauenire. Hortentur, moneant, & præcipiant, sicut, & nos hortamur, monemus, & præcipimus, vt Ecclesiasticis mandatis obtemperantes, easdem filias suas, ei qui est virginum sponsus, in cuius manu sunt [b] fortes nostræ, diebus festis præsentare non negligant, ab ipso, si id prompto animo præstiterint, filiabus suis, vel felicem in nuptijs exitum, vel firmum in sancta virginitate propositum absq; dubio impetraturi.

b Psalm. 30

Decretũ.7

De mulieribus similiter hortandis, ne propter propinquorum, vel virorum obitum, missæ sacrum diebus festis audire intermittant.

Mulieres etiam, quæ viduatæ viris, vel filijs orbatæ menses integros defunctos suos lugentes, domi degunt, nec diebus festis ad missæ sacrum audiendum Ecclesiam adeuntes, paternè hortentur Parochi, vt [c] cogitatus suos in Domino iactent, lugere desi-

c Psalm. 54

nant, ac Domini voluntati ſtudeant ſe ſe conformare. Immo Eccleſias adeuntes, ſuorum defunctorum animas Chriſtiano more diuinæ pietati commendent. Illas vero, quæ paternam hanc monitionem reſpuerint, & diebus feſtis miſſæ ſacrum auditæ contempſerint, moneant, vltra mortalis peccati reatum, grauioribus etiam pœnis, noſtro vel Vicariorum noſtrorum arbitrio ſubijciendas.

DE IEIVNIORVM OBSERuatione.

CAPVT OCTAVVM.



a 2.Cor. 5. Ita hęc qua dum in hoc [a] corpore ſumus à Domino perę grinamur verè [b] militia, & tentatio eſt ſuper Terram. [c] Bella enim, & litęs in nobis ſunt aſſiduè ex concupiſcentijs noſtris, quæ militant in membris noſtris, [d] & ſpiritu aduerſus carnem concupiſcente, ipſa etiam caro viciſſim aduerſus ſpiritum concupiſcit: [e] lex ſiquidem eſt in membris noſtris legi mentis repugnans, & ratione meliora videntes ad quæ aſſurgamus, ſenſu tamen deteriora ſequimur, & ad ipſa deprimimur; [f] corpus nāque, hoc quod corrumpitur ita aggrauat animam, vt niſi ſpirituali [g] muniatur auxilio, virtutumque operibus

b Iacob. 7.
c Iacob. 4.
d Galat. 4.
e Rom. 6.
f Sap. 9.
g S. Leo ſer. 7. ieiun. 10. menſ.

Vita præſens peregrinatio eſt, & militia

Bellum vero intrinſecum maximè eſt in membris ipſis ex concupiſcentijs, quæ ſunt in nobis.

In hac autem niſi ſpiritua- li deſuper m u niamur auxi

ribus communitus carnis petulantiam nitatur retundere, cogatur anima, & ipsa carnali desiderio corrupta, membrorum legibus subiacere, vitiorumque omnium multitudini deseruire; [a] His ergo malis, atque alijs omnibus destruendis habet acies Christiana potentes munitiones, atque arma victricia; vt non solum luxuriam Castitas, humilitas arrogantiam, mansuetudo iram, & largitas auaritiam; sed quicquid. [b] superbia ambit, quicquid auaritia sitit, quicquid ira molitur, & luxuria concupiscit, solius Ieiunij virtute frangatur, solius continentiæ robore superetur: [c] Hæc enim sicuti non solum perfecta virtus est, sed cæterarum etiam fundamentum, [d] arx Dei, & Castrum Christi, sanctitatisque trophæum; ita vitiorum [e] omnium est destructio peccatorum demolitio, [f] mors culpæ, & excidium delictorum. [g] Cuius ideò obseruantia doctrina Sancti Spiritus, & [h] Apostolica traditione per totius anni circulum in Ecclesia, est distributa, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta Temporibus; quo Christi fideles intelligant, præcipuum hoc Christianæ militiæ [i] præsidium, ad deuincenda vitia, passiones edomandas, carnemque rebellem spiritui subijciendam, omni sibi anni tempore assumendum. [l] Nec minus sapientissimo Consilio redemptionis nostræ sanctorumque solemnijs præcipua Patrum sanxit auctoritas votiua præmittenda Ieiunia; vt discant fideles; non secus Temporalia hæc festa, quo puriores

[a] D. Leo. ibidem.

[b] Idem ser. 8. de eodem.

[c] D. Hiero. ad Demetriadē.

[d] Petr. Raue. in ser. de ieiu.

[e] S. Leo vbi supra ser. 8.

[f] S. Ambr. de Eli, & ieiun.

[g] S. Leo ser. 8 vbi supra.

[h] In Canon. Apost. can. 68

[i] S. Leo ser. 7. vnde supra.

[l] S. Bern. ser. in vigil. S. Andreæ.

lie, victores nequaquam esse possumus.

Christianorum vero arma in hoc bello virtutes sunt.

Inter quas continentia maximū, ac præcipuum robur, & præsidium affert.

Continentia aliarum virtutum fundamentum.

Eius vtilitas.

Quare per totius anni circulum sit distributa.

Quare sanctorum, ac Redēptionis nostræ solēnijs ieiunia præmittantur.

riores in earum celebratione inueniamur, inedia, & ieiunijs; quam æterna illa, afflictionibus, & tribulationibus præuenienda solemnia; [a] per multas enim tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei; Nec nisi qui [b] compatitur conglorificabitur. Solemnitatis ergo magnæ, & æterni illius sabbathi, quod præstolamur, viglia quædam est præsens pœnitentiæ tempus. Quod, vt Ieiuniorum præcipuè sacris diebus deuotius, ac Religiosius à nostris subditis obseruetur; Hæc quæ sequuntur decreta proponimus.

a Iudith. 8.
b Rom. 8.

Decretũ. 1

DOminicis diebus infra missarum solemnia denuntientur à Parochis iuxta sacros [c] Canones occurrentia ieiunia per eosdem [d] statuta. Admoneantur etiam fideles quando solemnitatis feria secunda occurrentis, præcedenti sabbatho ièiunium est obseruandum. Instruantur item ieiunium sanctificandum esse, quod tunc digne fit, cum adiunctis bonis alijs dignam Deo Carnis abstinentiam ostendimus, pias preces & eleemosinas ieiunio copulando, & à vitijs abstinendo; vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa ieiunent; [e] Neque enim fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

c Conc. apud Compen. c. 8. c. pronunciãdum de consecr. dist. 3.
d c. ex parte, & c. cõsilium de obseru. ieiun. & c. quadragesima. de consec. dist. 5
e S. Leo ser. 5 de ieiun. 7. mensis.

Ieiunia populo per Parochos sunt denunciãda Dominicis diebus infra missarum solemnia.

Doceant etiã Parochi quomodo sit obseruandum & sanctificãdum ieiuniũ.

Decretũ. 2

DOceant etiam Parochi [f] à quibus cibis, feria sexta, & sabbato, & à quibus sit abstinendum ieiuniorum, & Quadragesimæ diebus. Quibus præcipuè, rebus diuinis fideles vacare moneant, & aliquid ad Christianæ

f Conc. Trid. sess. 25. de delectũ ciborũ c. quadragesima. de cõse. dist. 5. Syno. vni. 6. can. 56.

De essentia, & conditionibus ieiunij populo per Parochos proponendis.

serui-

9.Pater Benedict. in Reg. c. 49.

a Con. Auen. in c. de obsc. ieiun.

seruitutis solitum pensum addentes, omnes pariter aliorum temporum negligentias diluere. Simul etiam, [a] Ieiunij conditionibus enucleatis, plerosque ab errore liberent, qui putant illud non violari, si hora definita preueniatur, aut etiam si bis more consueto comedatur.

Decretū. 3

Quod nullus ieiunium frāgere audeat, vetitos cibos comedendo, sine vtriusq; Medici, tum corporalis, tum spiritualis licentia.

b c. Ieiunia de consecrat. dist 5 Conc. Tole. 8. c, 9.

c Syn. S. M. Caue. M. S de anno 1614. sess. 2. c. 14. & alia de anno 1603. in c. de obser. ieiun.

Poena contra uenientium.

Medici monentur ne facile cuiuspiā malè affectā valetudinem affirment.

QVod si quis Ieiuniorum; aut Quadragesimæ tempore ea detineatur infirmitate, vt sine valetudinis periculo ecclesiæ præcepto, nequeat satisfacere; contra eiusdem Ecclesiæ præceptum, & sacros [b] Canones, ieiunium frangere nullatenus præsumat, absque vtriusque Medici, tum spiritualis, proprij nempè Parochi, tum corporalis licentia, in scriptis, & à nobis, vel Vicarijs nostris respectiuè subscribēda, iuxta ea quæ in alijs Synodis, [c] sunt statuta; sub poena excommunicationis, & decèm aureorum, quoties contra prædicta quis deliquerit, locis pijs, & religiosis nostro arbitrio applicandorum. Medicos vero, præcipuè corporales, monemus nè propriæ salutis sint immemores, dum multoties nimia facilitate cuiuspiam male affectam valetudinem affirmantes, propriam animam in æternæ salutis discrimen adducunt.

Decretū. 4

d Syn. Casin. de anno 1592 sess. 1. c. 9. decr. 3.

Quadragesimæ tempore carnes absq; licentia non vendendæ.

DEmum, vt omnis contraueniendi remoueatur occasio; prohibemus sub poenis grauissimis nostro arbitrio, ne in locis nobis subiectis, carnes & alia ab Ecclesia prohibita cibaria, ieiuniorum & sacræ Quadra-



SYNODI DIOECESANAE SACRI MONASTERII CAVENSIS

SESSIO SECVNDA.

Celebrata

In Ecclesia Cathedrali eiusdem Sacri Monasterij die Decimo septimo Mensis Decembris. Anno Domini. MDCXXVIII. à Prandio.

DE SACRAMENTIS IN Genere.

CAPVT PRIMVM.

a S.Leo ser. 1. in anniuers. suæ assumpt.
b Psalm. 144.
c Psalm. 135.
d Psalm. 113.
e Iob. 8.
f S. Leo vbi supra



Laudationem [a] Domini loquatur ora nostra, & [b] nomen sanctum eius anima nostra, ac spiritus, caro, & lingua benedicant, quia in [c] humilitate nostra memor fuit nostri Dominus & [d] benedixit nobis, [e] quia fecit nobiscum misericordiam suam; [f] quam etiam vt mirabilem faceret, in eos munera sua contulit, in quibus meritorum suffragia non inuenit.

Verè [a] miſerationes eius ſuper omnia opera eius; [b] natura enim iræ filios in [c] ſpem viuam regenerans, [d] hæredes ſuos, Chriſti verò cohæredes efficit, vt vbi abundauit [e] delictum ibi gratia ſuperabundet: Quam [f] effudit olim in nobis abunde, & quotidie è proprio latere in Cruce confoſſo, tanquam ab inexhauſto miſericordiarum fonte, non ceſſat effundere. Inde [g] ortum habent ſacra myſteria, inde dona cœleſtia profluunt, inde peccatorum remiſſio, impiorum iuſtificatio, Inde [h] inſtrumenta gratiarum, ſacramenta nempe ſacroſancta; [i] per quæ omnis vera iuſtitia incipit, vel cæpta augetur, vel ammiſſa reparatur; quibus [l] renaſcimur in Chriſto, in eo roboramur, & viuimus, ad eundem reſurgimus, in eodem ſpiritualiter & ſi expediat, corporaliter conualeſcimus, ipſi in regale ſacerdotium conſecramur, ipſi demum creſcimus, & multiplicamus. [m] Hæ ſunt aquæ quæ in gaudio hauriuntur de fontibus Saluatoris, quibus Eccleſiæ hortus irrigatus, & animarum regeneratione, tanquam nouellis plantationibus fæcundatur, & earundem, ſi extinctę fuerint, rediuiuo vigore floreſcit. Hæ ſunt; [n] ſeptē ſyri illius Nahamā lotiones; illis.n. abluti fideles [o] ſanctificantur, non iā ad emundationē carnis; ſed conſcientiæ, & ſpiritus; ſunt etiam. [p] ſeptem illæ columnæ, quas diuina ſapientia excidit, vt ſuper eas Eccleſiæ ſuæ [q] Domum in habitaculum Sanctum Dei in Spiritu Sancto ædificaret.

Sacramentorum effectus

Sacramentorum figuræ.

a Pſalm. 144.
b Epheſ. 2.
c 1. Petr. 1.
d Rom. 8.
e Rom. 5.
f Ad Tit. 3.
g D. Chriſoſ. hom. 84. in Ioan.
h D. Augu. in Io. tract. 120. D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 1.
i Conc. Trid. ſeſ. 7. in proe.
l Decr. Eug. 4 in Con. Flor. Cathe. Rom. de neceſſ. nu. & vtilitate ſacram.
m Eſa. 12.
n 4. Reg. 5.
o Hæbr. 9.
p Prou. 9. D. Cypr. epiſ. 63 D. Aug. 17. de Ciu. Dei c. 20
q Epheſ. 2,

ret. Admirandum [a] planè Diuinæ ſapientiæ artificium, atque infinitę illius virtutis ſingulare inditium, quod rès externa ſpecie caducas, atque labantes, firmum æterni ædificij fundamentum effecerit; & ſub ſignis ex corporeis elementis concretis, quibus nihil diuinius, nihilque ſublimius, quam cæteris ineſſe videtur; paſſionis tamen ipſius infinita merita, ſpiritualem omnem hominis ſalutem, ac cælestia myſteria voluerit contineri. Ad quorum diſpenſationem ſacerdotes miniſtros conſtat eſſe conſtitutos, dicente Apoſtolo [b] ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. [c] Videant ergo tantarum opum diſpenſatores quanta illis cura adhibenda ſit, vt in tanta cæleſtis ærarij diſpenſatione fideles inueniãtur. Attendant, & conſiderent ſibi tradita diuina Myſteria, vtque tanto muneri ſatisfacere poſſint, quæ olim per Sanctos Patres, & Sacros Canones circa Sacramentorum adminiſtrationem, & nouiſſime per Concil. Triden. ſunt diſpoſita, & infra etiam per nos ſtatuta impenſiori cura, & diligentia ſtudeant obſeruare.

a Suar. in 3. par. tom. 3. in proem.

b 1. Cor. 4.

c Syn. Botun. in decin. ſacram.

Sacramenta ſingulare inditium ſunt Diuinæ ſapiẽtiæ, & virtutis.

Sacerdotes ſunt ſacramẽtorum miniſtri.

Quanta eis cura in eorundem adminiſtratione ſit adhibenda.

IN primis ergo, vt Chriſti fideles eo maiori [d] pietate omnes animi ſui vires ad laudandam, & prædicandam Dei erga nos ſingularem beneficentiam conuertant, quo plura ſalutis, ac beatæ vitæ adiumenta illis diuinitus parata eſſe intellexerint; [e] atque vt ſacramenta ipſa maiori cum religione,

d Decretũ. 1 d Catechiſ. Rom. de neceſſit. num. & vtilit. ſacra.

e Syn. Auen. in c. de ſacra. in cõs. Syno. Colo de anno 1536. tit. de adminiſt. ſacram. Syn. Auguſt. de ad

De ſacramentorum vi, & efficacia populo à Parocho proponẽdis, eodemq; ad eorum frequentiam excitando.

min. sacra. c. 15. Con. Tri. sess. 24. de refor. c. 7.

& animi pietate suscipiantur. Studeat Parochus eorum vim, effectum, & vsum iuxta formam in Catechismo Romano præscriptam, ante ipsorum ad ministrationem, pro suscipientium captu, quoties commodum fuerit, explanare; Moneat etiam, & hortetur eosdem, vt sacramentorum salubres effectus considerantes, purè deuotè, & frequenter ad ea recipienda accedant; atque [a] ita se ad pietatem exerceant, vt ex eorum digna & frequenti perceptione, & vsu, vberiorem in dies gratiam, adiuuante Deo, consequantur.

a Catechis. Rom. de minist. sacrame.

Decretũ. 2.

De conscientiæ puritate, quæ in sacramentorũ ministris exigitur.

MEminerint item Parochi, quod peccatori, vt est apud Prophetam dixit Deus; [b] Quare tù enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam? [c] Quod si homini peccatis contaminato, diuina eloquia assumere, immo nec ea licet ore proferre; [d] quantum ab eo scelus concipi existimandum erit, qui multorum sibi scelerum conscius, sacra tamen mysteria polluto ore conficere, in fœdas manus assumere, contrectare, atque alijs porrigere, & ministrare non veretur? [e] Nefas est pura tangi ab impuris, & sancta à profanis: Et ideo [f] nullus sacerdos mortalis peccati conscientia grauatus, sacramenta dispensare, aut ministrare audeat, nisi prius coram Deo contritus, & alteri sacerdoti confessus Peccata quorum sibi conscius fuerit, ne cœlestes aditus alijs referans, Beatitudinis sibi ipsi

b Psalm. 49.

c Catechism. Rom. vbi supra.

d Esa. 66. Leuit. 22. Exod. 19.

e D. Dionis. c. 1. de Eccles. Hierarch. & epist. 8. ad Demophilum. Syn. Botunt. in can. general. de sacra.

f Syn. Casin. de anno 1592 sess. 2. c. 1. decret. 3.

Nefas est pura tangi ab impuris, & sancta à prophanis.

Pœnitentiæ sacramentũ, si necessitas ad sit, aut saltem si illud

ipsi fores turpiter occludat. Quod si fortè vrgenti necessitate, aut confessarij inopia impediatur, quo minus præuenire mysterium cōfessione possit, contritione præmissa, ad re uerentiam tanti Sacramenti, re tota peracta, confessionem nullatenus differat.

non possit, cōtritionis actus sacramētorum administrationi p̄mittendus.

Decretū. 3

INter ea autem scelera, quæ Christi Sacerdotem maximè polluunt, ac tantorum Sacramentorum ministerio indignum reddunt,[a] nullum est execrabilius, quam eorum Sacerdotum, qui vsque ad sacramentorum ipsorum contemptum, & iniuriam irrumpentes, quæ [b] gratis accepta gratis etiam dare deberent; sine tamen numerata pecunia, ac nisi quæstu, ac præmijs dare detrectant. Quorum nequissimæ cupiditati, SS. Patribus,[c] & Concilijs omnibus inuisæ, ac damnatæ, occurrere volentes. Omnibus nobis subiectis Archipresbyteris Parochis, seù quibuslibet Sacramentorum ministris, sub Sanctæ Obedientiæ præcepto interdicimus, ac prohibemus nequid pro Sacramentorum, seù Sacramentalium quorumlibet administratione pacifcantur per se, vel interpositam personam, aut quasi debitum [d] exigant, vel recipiant; ijs tantum contenti, quæ consuetudine rationabili rationabiliter introducta, & hactenus obseruata Sacerdotalibus Iuribus debentur. [e] Quæ vero vltra ea sponte hac occasione oblata fuerint à fidelibus, sicuti recipi non interdicimus, ita quasi non debita religioso, ac verè Sacerdotali animo reijcienda sua-

De omni turpis lucri suspitione, & auaritiæ labe in sacramentorum ministratione vitanda.

In virtute Sanctæ obedientiæ interdicūtur conuentiones, & pacta quæcumque pro sacramentalibꝰ quorumlibet administratione.

a Syn. Mogu. de anno 1549 c. 92.

b Matth. 10.

c Con. Tole. 11. c. 8. relat. 1. q. 1. c. quicquid inuisibilis, Syno. Mogun. vbi supr. Syn. Augustē. c. 21. Syn. Senon. in decr. mor. c. 2. Syn. Auen. in c. de Sacram. in cōmun.

d Syn. vniue. 6. cap. 13. Synod. Oxonie. c. 26.

e Syn. Botun. vbi supra.

da ſuademus; ſiquis autem contra prædicta, quoquomodo agere præſumpſerit, præter grauiſſimi peccati reatum, iuris etiam, & arbitrij grauiſſimas pœnas ſe nouerit ſoluturum.

Decretũ. 4

a Habr. 9.

b Pſalm. 25.

b Syn. Botun vbi ſupra.

De exactè obſeruandis nõ ſolum ijs, q intrinſece, & eſſentialiter ad ſacramentorum conſtitutionem, ſed ijs etiam, quæ extrinſecè ex eccleſiæ præſcripto, & vſu exiguntur.

EMundata ergo conſcientia ab operibus mortuis, ac [a] lotis inter Innocentes manibus, non prætermittat ſacerdos eaquę tum intrinſecè, & eſſentialiter ad Sacramentorum conſtitutionem, tum extrinſecè ex Eccleſiæ præſcripto, aut pio vſu ad eorundem adminiſtrationem exigunt. Sacramentorum [b] formas exactè calleat, quibus nihil adimat, nihil addat. In reliquis tum verbis, tum actionibus, ac cæremonijs, nihil noui admittat, ſed in omnibus, & per omnia retineat, & exactiſſimè exequatur ſimplicem, & antiquiſſimum ritum S. R. E. in Rituali Romano deſcriptum; quod ideo in vnaquaque Parochiali Eccleſia adeſſe volumus & præcipimus, atque illius diligenti, & aſſiduo ſtudio Parochos, & Sacerdotes Omnes incumbere.

Ideo in vnaquaque Parochiali Eccleſia adſit Rituale Romanum.

Decretũ, 5.

c Syno. S. M. Caue. M. S. de anno 1614. ſeſſ. 1. c. 2.

d Cap. non oportet. de cõſecr. diſt. 1.

e Syn. Nucer. in c. de adminiſtr. Sacrame. Syn. Auenio. in c. de Sacram. in cõi.

Sacramenta extra eccleſiam non miniſtranda.

Sacerdos ſacramenta in Eccleſia præcipuè miniſtraturus ſuperpelliceũ, & ſtolam induat.

SOla Sacramẽti Euchariſtiæ forma ſecreto ꝓferatur, aliorũ verò ita ꝓferatur, vt verba ſaltẽ, ab ijs audiri poſſint, quibus ipſa ſacramẽta miniſtrãtur; [c] q̃ excepto grauioris infirmitatis caſu, iuxta ea q̃ in alia [d] Synodo ſunt ſtatuta, niſi de noſtra, vel Vicariorũ noſtrorũ licentia, extra [d] Eccleſiam exhiberi interdicimus. [e] Quiſque, etiam Sacerdos quodlibet Sacramentum adminiſtraturus, præcipuè in Eccleſia, Sacras veſtes induat, ſuperpelliceũ

ſcili-

scilicet, & Orarium, & in omnibus demum ita se habeat, vt vultus, & tota actio, eos qui adsunt, ad deuotionem, ac pietatem apta sit excitare.

Decretũ. 6. a Syno. S. M. Caue. M. S. de anno 1614. sess. 1. c. 2.

Sacramentorum administrandorum cura Parochis tum etiam hebdomadarijs prçuio examine ad id munus probatis, committitur.

SAcramentorum administrandorum [a] cura Archipresbyterorum in primis sit, ad Parochorum, tum etiam, iuxta dioecesis nostræ vsum, aliorum sacerdotum, prout per hebdomadam ab Archipresbyteris ipsis fuerint distributi. Nolumus tñ. Sacerdotes oẽs huic ministerio adhiberi, sed peritos tantum, & idoneos, atque ad illud specialiter à nobis præuio rigoroso examine approbatos, & deputatos. Qui sic [b] deputari, in aliena hebdomada nullatenus; sine Archipresbyterorum licentia, se ingerant; quorum etiam iuribus nihil ex hoc præiudicari debere intendimus & præsenti decreto declaramus: Sacerdotes omnes, quorum munus erit Sacramenta ministrare, serius admonentes, quod si in eorundem administratione negligentiores fuerint, aut certè eorum culpa, vel iniuria fidelem quempiam sine sacramentis ex hac vita decedere contigerit, præter peccati mortalis labem grauissimam, seuerissimam etiam poenam nostro, vel Vicariorum nostrorum arbitrio erunt subituri.

b Alia. Syno. de anno 1603 in c. de sacra.

Decretũ. 7 c Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. Cathec. Ro. in c. de Sacr. in genere.

De extrinseco cultu tum etiam intrinseco ab ijs adhibendo, qui sacramenta sunt suscepturi.


SAncta [c] non solum sanctè tractari, ac ministrari, sed suscipi etiam maximè decet. Non minus ergo in ministrante, quam in suscipiente pietatem, puritatem, exterq; numq; cultum exigunt sacramenta; Quocirca

circa monendi, & hortandi ſunt fideles, vt illa ſuſcepturi, non ſolum conſcientiæ munditiem animique debitum candorem afferant, ſed [a] exteriori etiam corporis habitu, ac geſtu, humilitatem, ac reuerentiam præferant. Cuicumque ergo indecore, & irreuerenter accedenti, ſacramenta miniſtrari interdicimus. Aequum eſt enim, vt qui Chriſti Sacraměta extrinſecus debito ritu non veneratur, intrinſecus etiam & in anima eorundem fructu priuetur.

a Con. Colo. de anno 1536 tit. de admini. ſacr.

DE SACRAMENTO Baptiſmi.

CAPVT SECVNDVM.



Aeleſtis Regni hæreditatem quiſquis adire cupit, [b] neceſſe eſt, vt ab eo ſtatu in quo natus eſt filius primi Adæ, transferatur, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Fit autem translatio iſta primo per Baptiſmi Sacramentum, quo [c] abrenuntiantes Sathanæ, & pompis eius, cum Chriſto [d] fœdera iungimus eiuſque militiæ nomina damus. Quamobrem Sacramentum hoc iure dicitur eſſe [e] iuſtificationis noſtræ exterius, & viſibile principium, [f] ſanctiſſimorum mandatorum exordium, [g] Religionis Chriſtianæ primum ſigna-

b Con. Trid. ſeſſ. 6. c. 4.

c Con. Turonen. 2, c. 18.
d Chriſoſto. homil. 21. ad pop. Anthiochen.
e Hoſius in conf. Polon. c. 53.
f Dion. de eccl. Hierarch. c. 2.
g Syn. Botun. in can. de ſacram. baptiſ.

Per Baptiſmi ſacramětum transfertur homo in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei

signaculum, [a] vinculorum solutio, & Clauis Regni illius, in quo nihil introibit [b] coinquinatum, & immundum; quod non modo mors [c] criminum, verum etiam vita vocatur virtutum. Neque enim solum Baptismatis Sacramento, ab iniquitatibus omnibus [d] abluti, & peccatorum sepulta vetustate, efficimur in Christo noua creatura, nouum figmentum; [e] verum omne gratiarum genus nobis infunditur, & anima fidelis eximijs bonis, & muneribus decoratur. Isto siquidem regenerationis, & renouationis lauacro, [f] Spiritus Sanctus, per Iesum Christum Saluatorem nostrum abundè in nos effunditur; vt [g] vetere homine cum suis actibus expoliato, Diuinæ naturæ [h] consortes effecti, filij Dei [i] nominemur, & simus. Monendi sunt ergo fideles, vt magni huius sacramenti virtutem, & effectus sedulo cogitantes, tantam sibi in illo collatam dignitatem diligenter studeant conseruare; memoresque qua se sponsione Deo semel dicauerint, eiusque futuros esse spoponderint, tales se vita, & moribus præbere satagant, quales ipsa Christiani nominis dignitas exigit, & professio pollicetur; quo sic [l] consepulti iam cum Christo per baptismum in morte, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & ipsi in nouitate vitæ ambulantes, ad eandem gloriam resurgere valeant, & peruenire. Circa huius autem Sacramenti administrationem, Sanctorum Patrum Sacrorumque Conciliorum

I decre-

a Greg. Nazi. nat. in sacrũ bapt.
b Apoc. 21
c Cypri. lib. 2 epist. 2. Optatus lib. 5. ad Pucerũ epist.
d Rom. 6. act.
e Con. Ancis. c. 12. Carthagin. 4 c. 1. Florẽtinum in decr. Eug. Tride. sess. 5. Chrisost. hõ. 4 ad Neophi. Ambr. 1. de sacram c. 4. & lib. 2. c. 4. & lib. 5. in Luc. Prosp. lib. 1. de voc Gent. c. 5. Augu. in Enchiri. c. 43 & 64. de pec. mer. & rem. lib. 1. c. 9. & 24 lib. 2. c. 7. & al ibi Damas. lib. 4. fid. orthod. c. 10. D. Tho. 3. p. q. 69 art. 1
e Catechis. Rom. de fructu Sacr. Baptis.
f ad Tit. 3
g Colos. 3
h 2. Petr. 1
i 1. Io. 3
l Rom. 6

Baptismi sacramentum Clauis est Regni cælestis

Quo non solum omnis iniquitas tollitur, sed etiã anima fidelis eximijs bonis & muneribus decoratur

decretis inhærentes, hæc quæ sequntur seruanda disponimus.

Decretũ. 1

De eo quod laici etiam, & Mulieres in necessitatis articulo sacramẽti huius ministri esse possunt.

ET si baptizandi munus proprium Sacerdotalis Officij sit [a] ministerium, quia tamen infantibus propter ætatis imbecillitatem infinita pœnè vitę pericula impendent, iure [b] permissum est vt quisque, siue vir, siuè mulier [c] necessitate vrgente baptizare possit; immò eadem vrgente licet ipsi quoque Patri, [d] & matri in aqua pura, & simplici proprium infantulum baptizare. Quo casu, nec mulier prę́sente viro, nisi fortè baptismi formam melius illa teneat, nec vir præsente Clerico, nec Clericus superiore, aut Sacerdote præsente, sacramentum hoc audeat ministrare.

a D. Aug. cõ. ep. Parmen. lib. 2. c. 15. D. Cleme. lib. 1 Const. Apost. c. 11. Tert. in Prolog. librorum de Spiritu Sancto
b c. in necessitate, de consecr. dist. 4. cap. Diaconos, p. prіam. dist. 93 c. constat vbi supra
c c. super quibus 30. q. 3. decretũ Eug. 4. in con. Flo. D. Tho. 3. p. q. 67. art. 4
d c. super quibus vbi supra

Decretũ. 2.

De materia, & forma huius sacramenti

CVm ergo [e] vnusquisque in Ecclesiæ fide ministrans possit esse in necessitatis casu legitimus huius Sacramenti dispensator. Parochi munus erit dum diebus festis in Doctrina Christiana Populum erudit, siue etiam sumpta occasione frequentioris populi, ad alicuius infantis baptismum, concurrentis, fideles omnes docere, huius sacramenti materiam, esse [f] aquam puram, simplicem, & naturalem, nullo modo artificiosam; in cuius aspersione, siuè infusione, adiungendam esse formam, Sacra nempè illa verba: Ego te Baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; quæ forma ita coniungenda est ipsi materiæ, vt neque ante, neque post ablutionem, sed in ipsa ablutione, vel aspersione

e Decr. Eug. 4 vbi supra. c. à quodam, & c. Romanus. de consecr. dist. 4 D. Aug. cõ. Cresco. lib. 3 c. 6. & in Io: tract. 5. & 6 D. Tho. 3. p. q. 67. art. 5
f c. in quadã de celeb. miss. Con. Lat. in c. firmiter. de sum. Trin. & Fid. Cathol. Flor. sub Euge. in decr. de bapt. Triden. sess. 7. Can. 2. de bap. D. August. de pecc. mer. & remiss. lib. 1. c. 20. & lib 6. de bap. c. 12.

sione

[a] Ritu. Rom. in c. de bapt.

sione verba ipsa [a] proferantur, eodemque tempore peragatur vtrumque munus, & manus, & linguæ. Tum etiam addat, eam debere esse baptismum præbentis [b] intentionem, vt id agere velit, quod Ecclesia Catholica in ea Sacra functione facere intendit.

[b] Decr. Eug. 4 in Con. Flor. Tride. sess. 7. can. 11. D. Tho. 3. p. q. 64 art. 8. & ibi Suar.

Decretũ. 3.

De obstetricibus circa huius sacramẽti materiam, & formam examinandis

IN quibus omnibus instruantur præcipuè [c] Obstetrices, quæ cum frequentissime in necessitatis casibus baptizandi munus obire soleant, Ideo diligentissimè volumus illas per Vicarios nostros in partibus, post huius Sanctæ Synodi promulgationem, circa supra dicta examinari; nullamque ex ipsis in posterum, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, obstetricandi munus exercere absque facultate in scriptis gratis per R.R. Vicarios respectiuè concedenda. Quæ etiam de eo sunt [d] instruendæ, quod si infanti, antequam è materna aluo totus egrediatur, mortis periculum immineat, in ea parte quam emiserit, ei sacramentum est exhibendum; ita vt si caput emiserit, in eo aqua fundatur, nec, si postea super vixerit, iterum erit baptizandus; quod si aliam corporis partem emiserit, in ea baptizetur iterum postea, sub conditione baptizandus.

[c] Con. Auen. de sacr. bapt.

Præcipitur ijsdẽ sub excommunicationis latę sẽtentiæ pœna, ne suam artẽ exercere audeant nisi habita desuper in scriptis licentia, & facultate

[d] D. Tho. 3. p. q. 68. artic. 11 ad 4. & in 4 dist. 6. q. 1. ar. 1. quæstiun. 1 ad 3. & ibi Palud. q. 1. Suar. 3. p. dispu. 20 sect. 2. Sot. in 4. dist. 3

Decretũ. 4.

De infantibus Domi Baptizatis statim, ac conualuerint ad Ecclesiam deducẽdis

DOmi autem mortis periculo imminente Baptizatum infantem, statim ac cõualuerit ad Ecclesiam deferri, & coram Parocho sisti præcipimus; qui si diligenti inquisitione præmissa, infantem ritè baptizatum nouerit, Ecclesiasticas solemnitates [e] adhi-

[e] Syn. Mogu. de anno 1549 c. 15. Hil de sem. c. 33. Bor. in Canonibus de sacr. bapt.

I 2 beat

beat,& ritus alios vnctionum, & exorcismorum, iuxta antiquissimum Ecclesiæ morem, in Rituali Romano descriptum, omnino suppleat. Quod si Infantem, aut non ritè baptizatum compererit, aut de hoc aliqua aderit dubitatio, eo quod certus, vel certi[a] testes desint, qui eum sine dubio baptizatum esse dicant; Si primum absolutè baptizetur; si secundum,[b] sub conditione, vt in Romano Rituali, ne fortè talis dubitatio, eum faciat Sancta illa purgatione, ac Sacramenti purificatione priuari.

[a] Syn. vniuc. 6. can. 64

[b] Con. Carth 5. c. 6. in c. placuit, de cõsec. dist. 4. Conc. Vormac. c. 70 Sua. 3. p. disp. 22. sect. 2

Decretũ 5.

Quod hoc sacramentũ necessitate cessãte in ecclesia tantũ sit ministrandum

NVllo vero intercedente periculo, quoscunque in[c] Ecclesia tantummodo, per manus Parochi, vel hebdomadarij baptizari volumus; Et ne tantæ necessitatis Sacramentum prorogetur, neue parentum incuria frustra Christus in eorum filijs laborauerit,[d] quibus nulla præter ipsius Christi baptismũ salus promittitur; In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & sub excommunicationis pœna mandamus, nè[e] parentes liberos suos diutius q̃ necessitas postulet, baptismi gratia carere patiãtur, sed eos ad minus infra[f] trium dierum spatium, ad Ecclesiam suam Parochialem deferendos, & solemnibus cæremonijs baptizandos curent.[g] In quo præcipuè cauti sint Parochi ne quid infantibus ad baptismum suscipiendum allatis annexum sit, cuius vsus in superstitiónibus esse posit, neque diuinitus instituta fuerunt, ad veneficia profanis manibus conuertantur. Quamobrem

Præcipitur Parẽtibus ne suorum filiorum Baptismũ vltra tres dies differant

Cautio adhibenda à Parochis, nè baptizandis infantibus aliq̃ superstitiosum sit annexum.

[c] Syn. vniu. 6. can. 59 Syno. Colo. de anno 1536. tit. de admin. sacr. c. 7. & alia de anno 1549 in cap vbi, & quibus bapt.

[d] D. Augu. de peccat. meri. & remiss. lib. 1. c. 25 de cõsec. dist. 4. in c. nulla

[e] Catech. Rõ. in capite de bapt.

[f] Con. Auen. in c. de sacra. baptism.

[g] Syn. Nuc. in 6, de sacr. baptism.

a Syn. Salern: de anno 1579 titu:15: c:16

rem [a] curandum pariter erit, ne sal exorcizatum, linteolum, aut aliud quicquam, quod ad sacrum mysterium pertinuerit, quisquam domum ex Ecclesia deferre præsumat.

Decretũ.6.

b Synod. S. M. Cauensis de anno 1603 in c. de baptis: & alia de anno 1614. sessi: 3 c:3

c c. omnis Presbyter: de consecr: dist: 5

De fonte baptismali

FOntem baptismalem, omni quo decet cultu, iuxta ea quæ in alijs [b] Synodis sunt statuta, in decenti Parochialium dumtaxat Ecclesiarum loco retineri, ac asseruari mandamus. Isque si de nouo construendus sit, ex integro lapide [c] marmoreo, si commodè fieri potest; sin autem ex meliori, qui haberi poterit, construatur: sit etiam vndique clausus, & cancellis ligneis circundatus, cooperimentum ligneum desuper habeat, quod à parte anteriori aperiri, claudique possit, cum claui, quæ apud Archipresbyteros custodiatur; Quorum [d] etiam cura, & munus sit, aduertere, ne ipso fonte rimas agente, aqua aliqua ex parte diffluat, neue quid sordidi in eum decidere possit; Quod vt accuratius fiat, diligenter, saltem semel in hebdomada, inspici, & si quid immundi in eum deciderit, purgari mandamus. In quo si negligentiores fuerint, nostro, vel Vicariorum nostrorum arbitrio grauiter punientur.

d Syn: Saler: vbi supra . . .

Decretũ.7.

De ijs quæ in ipso ad sacramenti vsum sunt asseruanda, & de aqua baptismali.

e Glos: c. in Sabbatho de consecr: dist 4

SEruetur in ipso aqua solemni benedictione, & Sacri Chrismatis vnctione sanctificata; quam, aqua veteri in sacrarium refusa, bis in anno, iuxta sacros [e] Canones, renouari volumus, adhibitis sacris Cæremonijs in Romano Missali præscriptis; semel nempè in sabbatho sancto, & iterum in Vigilia Pente-

teco-

[a] Syn. Nuc. in c. de sacr. bap. Ritual. Rom. eod. capite

tecostes. [a] Quæ etiam si præter prædicta tempora deficere cœperit, aut sordescens fuerit renouanda; si primum simplex, aut naturalis alia aqua, donec satisfuerit, immisceatur; si secundum, Sacerdos Stola, & Cotta indutus, priuatim, & sine solemni cantu, incipiens ab Antiphona, sicut ceruus nouam aquam, vt est in missali, benedicat. Seruetur item vasculum, siuè cocleare ad effundendam in caput baptizandi aquam, quæ in eundem fontem [b] reincidere non permittatur, sed vel recipiatur in sacrarium, vel in aliud vas, ex quo postea in sacrarium dimittatur; & demum ea omnia in illo seruentur, quæ iuxta Rituale Romanum Sacerdoti Sacramentum hoc administraturo, præsto esse debent.

[b] Con. Auen. in c. de Aqua baptismali

Decretū. 8.

De sacris oleis quotannis ex nostra Cathedrali Ecclesia in sacro monasterio Cauensi suscipiendis, & veteribus comburēdis.

SAcrum Chrisma, & Sacrum Cathecumenorum Oleum de Baptismi vsum, sacram etiam infirmorum vnctionem, deinceps, non aliunde quam ex nostra [c] Cathedrali Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis in Sacro Cauensi Cænobio, non per quemcunque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas Parochorum, aut Presbyterorum, vel Diaconorum occupatio sit, per Subdiaconorum, sicut Sanctorum reliquia deportari solent, ita cum omni reuerentia deferenda; suscipi volumus combustis simul cum bombice præcedentis anni Oleis, eorumque cineribus in sacrarium illatis. Ipsa vero sacrorum oleorum vascula stamnea sint, vel argentea, cum sua cuique inscri-

[c] Ex Concil. Carthag. 4. c. 36. Con. Var. 1. c. 3. Vorma. c. 60.

inscriptione, ne error facile valeat occurrere; nec præsumat Parochus, nisi necessitas cogat, contra Sacros[a] Canones, vltra annum veteribus Oleis in Baptismi Sacramento vti.

a c. si quis de consec. dist. 4

Decretū. 9

VEtustissima[b] Ecclesiæ consuetudo est ad sacram, & salutarem ablutionem celebrandam, patrinos adhibere, qui olim susceptores, sponsores, seu fideiussores communi vocabulo à rerum diuinarum scriptoribus vocabantur. Hi autem iuxta Sacros[c] Canones, & [d] S. Concil. Triden. decreta, non sint plures; sed vnus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus, & vna; atque inter hos tantum, susceptores videlicet, & susceptum, huiusque parentes; nec non inter baptizantem, & baptizatum, eiusdemque patrem, & matrem, spiritualem cognationem, nuptiarum fædera prohibentem atque irritantem, ex eiusdem[e] Concilij decreto, & Sacrorum Canonum[f] dispositione, consurgere doceat Parochus. Cuius etiam munus erit, susceptores suæ obligationis, & officij commonere; [g] fideiussores nempè illos apud Deum existere pro ijs quos de sacro fonte susceperunt, ideoque teneri susceptos, cum ad intelligentiam venerint, sedulis adhortationibus inducere, vt profiteantur peragantque diuina, curare etiam diligenter, vt in ijs, quæ ad Christianæ vitæ institutionem spectant, tales se exhibeant, quales eos futuros esse solemni cæremonia spopon-

De Patrinis, seu baptizandorum susceptoribus.

De eorum munere.

b D. Dion. c. 2 & c. 7. de eccl. Hie. 2. Tertul. lib. de baptis. c. 18. Augu. lib. 1. de pec. mer. & remiss. c. 34. Iustinus q. 56. D. Th. 3. p. q. 67. ar. 7. & ibi Suar.
c c. nō plures de consecra. dist. 4. & c. q. uis de cogna. spir. in 6.
d sess. 24. de refor. matri. c. 2.
e Idem ibidē
f c. vtrum autem c. vēniēs de cogna. spirit. & c. ne dū eod. tit. in 6. Con. Mogun. sub Car. Mag. c. 55.
g D. Aug. ser. 163 de temp. in c. nos ante de cōsec. dist. 4. & ser. 116. & 215. D. Dionis. & Tertu. vbi supra Syno. Remens. sub Bened. 7. c. 8. D. Tho. 3. p. q. 67. art. 8.

Verè [a] miserationes eius super omnia opera eius; [b] natura enim iræ filios in [c] spem viuam regenerans, [d] hæredes suos, Christi verò cohæredes efficit, vt vbi abundauit [e] delictum ibi gratia superabundet: Quam [f] effudit olim in nobis abunde, & quotidie è proprio latere in Cruce confosso, tanquam ab inexhausto misericordiarum fonte, non cessat effundere. Inde [g] ortum habent sacra mysteria, inde dona cœlestia profluunt, inde peccatorum remissio, impiorum iustificatio, Inde [h] instrumenta gratiarum, sacramenta nempe sacrosancta; [i] per quæ omnis vera iustitia incipit, vel cæpta augetur, vel ammissa reparatur; quibus [l] renascimur in Christo, in eo roboramur, & viuimus, ad eundem resurgimus, in eodem spiritualiter & si expediat, corporaliter conualescimus, ipsi in regale sacerdotium consecramur, ipsi demum crescimus, & multiplicamus. [m] Hæ sunt aquæ quæ in gaudio hauriuntur de fontibus Saluatoris, quibus Ecclesiæ hortus irrigatus, & animarum regeneratione, tanquam nouellis plantationibus fœcundatur, & earundem, si extinctæ fuerint, rediuiuo vigore florescit. Hæ sunt; [n] septē syri illius Nahamā lotiones; illis. n. abluti fideles [o] sanctificantur, non iā ad emundationē carnis; sed conscientiæ; & spiritus; sunt etiam. [p] septem illæ columnæ, quas diuina sapientia excidit, vt super eas Ecclesiæ suæ [q] Domum in habitaculum Sanctum Dei in Spiritu Sancto ædificaret.

a Psalm. 144.
b Ephes. 2.
c 1. Petr. 1.
d Rom. 8.
e Rom. 5.
f Ad Tit. 3.
g D. Chrisos. hom. 84. in Ioan.
h D. Augu. in Io. tract. 120. D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 1.
i Conc. Trid. sess. 7. in proe.
l Decr. Eug. 4 in Con. Flor. Cathe. Rom. de necess. nu. & vtilitate sacram.
m Esa. 12.
n 4. Reg. 5.
o Hebr. 9.
p Prou. 9. D. Cypr. epist. 63 D. Aug. 17. de Ciu. Dei c. 20
q Ephes. 2,

Sacramentorum effectus

Sacramentorum figuræ,

a Suar. in 3. par. tom. 3. in proem.

ret. Admirandum [a] planè Diuinæ ſapientiæ artificium, atque infinitę illius virtutis ſingulare inditium, quod res externa ſpecie caducas, atque labantes, firmum æterni ædificij fundamẽtum effecerit; & ſub ſignis ex corporeis elementis concretis, quibus nihil diuinius, nihilque ſublimius, quam cæteris ineſſe videtur; paſſionis tamen ipſius infinita merita, ſpiritualem omnem hominis ſalutem, ac cæleſtia myſteria voluerit contineri. Ad quorum diſpenſationem ſacerdotes miniſtros conſtat eſſe conſtitutos, dicente Apoſtolo [b] ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. [c] Videant ergo tantarum opum diſpenſatores quanta illis cura adhibenda ſit, vt in tanta cæleſtis ærarij diſpenſatione fideles inueniãtur. Attendant, & conſiderent ſibi tradita diuina Myſteria, vtque tanto muneri ſatisfacere poſſint, quæ olim per Sanctos Patres, & Sacros Canones circa Sacramentorum adminiſtrationem, & nouiſſime per Concil. Triden. ſunt diſpoſita, & infra etiam per nos ſtatuta impenſiori cura, & diligentia ſtudeant obſeruare.

Sacramenta ſingulare inditium ſunt Diuinæ ſapiẽtiæ, & virtutis.

b 1. Cor. 4.

c Syn. Botun. in defin. ſacram.

Sacerdotes ſunt ſacramẽtorum miniſtri.

Quanta eis cura in eorundem adminiſtratione ſit adhibenda.

IN primis ergo, vt Chriſti fideles eo maiori [d] pietate omnes animi ſui vires ad laudandam, & prædicandam Dei erga nos ſingularem beneficentiam conuertant, quo plura ſalutis, ac beatæ vitæ adiumenta illis diuinitus parata eſſe intellexerint; [e] atque vt ſacramenta ipſa maiori cum religione, & ani-

Decretũ. 1 d Catechiſ. Rom. de neceſſit. num. & vtilit. ſacra. e Syn. Auen. in c. de ſacra. in cõ. Syno. Colo de anno 1536. tit. de adminiſt. ſacram. Syn. Auguſt. de ad

De ſacramentorum vi, & efficacia populo à Parochis proponẽdis, eodemq; ad eorum frequentiam excitando.

min. sacra. c. 15. Con. Tri. sess. 24. de refor. c. 7.

& animi pietate suscipiantur. Studeat Parochus eorum vim, effectum, & vsum iuxta formam in Catechismo Romano præscriptam, ante ipsorum ad ministrationem, pro suscipientium captu, quoties commodum fuerit, explanare; Moneat etiam, & hortetur eosdem, vt sacramentorum salubres effectus considerantes, purè deuotè, & frequenter ad ea recipienda accedant; atque [a] ita se ad pietatem exerceant, vt ex eorum digna & frequenti perceptione, & vsu, vberiorem in dies gratiam, adiuuante Deo, consequantur.

a Catechis. Rom de minist. sacrame.

Decretū. 2.

De conscientiæ puritate, quæ in sacramentorū ministris exigitur.

MEminerint item Parochi, quod peccatori, vt est apud Prophetam dixit Deus; [b] Quare tù enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam? [c] Quod si homini peccatis contaminato, diuina eloquia assumere, immo nec ea licet ore proferre; [d] quantum ab eo scelus concipi existimandum erit, qui multorum sibi scelerum conscius, sacra tamen mysteria polluto ore conficere, in fœdas manus assumere, contrectare, atque alijs porrigere, & ministrare non veretur? [e] Nefas est pura tangi ab impuris, & sancta à profanis: Et ideo [f] nullus sacerdos mortalis peccati conscientia grauatus, sacramenta dispensare, aut ministrare audeat, nisi prius coram Deo contritus, & alteri sacerdoti confessus Peccata quorum sibi conscius fuerit, ne cœlestes aditus alijs reserans, Beatitudinis sibi ipsi

b Psalm. 49.

c Catechism. Rom. vbi supra.

d Esa. 66. Leuit. 22. Exod. 19.

e D. Dionis. c. 3. de Eccles. Hierarch. & epist. 8. ad Demophilum. Syn. Botunt. in can. general. de sacra. f Syn. Casin. de anno 1591 sess. 2. c. 1. decret. 3.

Nefas est pura tangi ab impuris, & sācta à prophanis.

Pœnitentiæ sacramentū, si necessitas ad sit, aut saltem si illud

ipsi fores turpiter occludat. Quod si fortè vrgenti necessitate, aut confessarij inopia impediatur, quo minus præuenire mysterium cōfeßione possit, contritione præmissa, ad reuerentiam tanti Sacramenti, re tota peractâ, confessionem nullatenus differat.

non possit, cōtritionis actus sacramētorum administrationi pmittendus.

Decretū. 3

INter ea autem scelera, quæ Christi Sacerdotem maximè polluunt, ac tantorum Sacramentorum ministerio indignum reddunt,[a] nullum est execrabilius, quam eorum Sacerdotum, qui vsque ad sacramentorum ipsorum contemptum, & iniuriam irrumpentes, quæ [b] gratis accepta gratis etiam dare deberent; sine tamen numerata pecunia, ac nisi quæstu, ac præmijs dare detrectant. Quorum nequissimæ cupiditati, SS. Patribus, [c] & Concilijs omnibus inuisæ, ac damnatæ, occurrere volentes. Omnibus nobis subiectis Archipresbyteris Parochis, seù quibuslibet Sacramentorum ministris, sub Sanctæ Obedientiæ præcepto interdicimus, ac prohibemus nequid pro Sacramentorum, seù Sacramentalium quorumlibet administratione pacifcantur per se, vel interpositam personam, aut quasi debitum [d] exigant, vel recipiant; ijs tantum contenti, quæ consuetudine rationabili rationabiliter introducta, & hactenus obseruata Sacerdotalibus Iuribus debentur. [e] Quæ vero vltra ea sponte hac occasione oblata fuerint à fidelibus, sicuti recipi non interdicimus, ita quasi non debita religioso, ac verè Sacerdotali animo reijcienda sua-

De omni turpis lucri suspitione, & auaritiæ labe in sacramentorum ministratione vitanda.

In virtute Sanctæ obedientiæ interdicūtur conuentiones, & pacta quæcumque pro sacramentalium quorumlibet administratione.

a Syn. Mogu. de anno 1549 c. 92.

b Matth. 10.

c Con. Tole. 11. c. 8. relat. 1. q. 1. c. quicquid inuisibilis, Syno. Mogun. vbi supr. Syn. Auguste. c. 21. Syn. Senon. in decr. mor. c. 2. Syn. Auen. in c. de Sacram. in cōmun.

d Syn. vniue. 6. cap. 13. Synod. Oxonie. c. 26.

e Syn. Botun. vbi supra.

da suademus; siquis autem contra prædicta, quoquomodo agere præsumpserit, præter grauissimi peccati reatum, iuris etiam, & arbitrij grauissimas pœnas se nouerit soluturum.

Decretũ.4 a Hæbr. 9. b Psalm. 25.

EMundata ergo conscientia ab operibus mortuis, ac [a] lotis inter Innocentes manibus, non prætermittat sacerdos eaque tum intrinsecè, & essentialiter ad Sacramentorum constitutionem, tum extrinsecè ex Ecclesiæ præscripto, aut pio vsu ad eorundem administrationem exigunt. Sacramentorum [b] formas exactè calleat, quibus nihil adimat, nihil addat. In reliquis tum verbis, tum actionibus, ac cæremonijs, nihil noui admittat, sed in omnibus, & per omnia retineat, & exactissimè exequatur simplicem, & antiquissimum ritum S. R. E. in Rituali Romano descriptum; quod ideo in vnaquaque Parochiali Ecclesia adesse volumus & præcipimus, atque illius diligenti, & assiduo studio Parochos, & Sacerdotes Omnes incumbere.

De exactè obseruandis nō solum ijs, q intrinsecè, & essentialiter ad sacramentorum constitutionem, sed ijs etiam, quæ extrinsecè ex ecclesiæ præscripto, & vsu exiguntur.

b Syn. Botun vbi supra.

Ideo in vnaquaque Parochiali Ecclesia adsit Rituale Romanum.

Decretũ, 5.

SOla Sacramẽti Eucharistiæ forma secreto proferatur, aliorũ verò ita proferatur, vt verba saltẽ, ab ijs audiri possint, quibus ipsa sacramẽta ministrãtur; q̃ excepto grauioris infirmitatis casu, iuxta ea q̃ in alia [c] Synodo sunt statuta, nisi de nostra, vel Vicariorũ nostrorũ licentia, extra [d] Ecclesiam exhiberi interdicimus. [e] Quisque, etiam Sacerdos quodlibet Sacramentum administraturus, præcipuè in Ecclesia, Sacras vestes induat, superpelliceũ scili-

c Syno. S. M. Caue. M. S. de anno 1614. sess. 1. c. 2.
d Cap. non oportet. de cõsecr. dist. 1.
e Syn. Nucerin in c. de admist. Sacrame. Syn. Auenio. in c. de Sacram. in cõi.

Sacramenta extra ecclesiam non ministranda.
Sacerdos sacramenta in Ecclesia præcipuè ministraturus superpelliceũ, & stolam induat.

ſcilicet, & Orarium, & in omnibus demum ita ſe habeat, vt vultus, & tota actio, eos qui adſunt ad deuotionem, ac pietatem apta ſit excitare.

Decretũ.6. a Syno. S.M. Caue. M.S. de anno 1614. ſeſſ. 1. c. 2.

Sacramentorum adminiſtrandorum cura Parochis tum etiam hebdomadarijs præuio examine ad id munus probatis, committitur.

SAcramentorum adminiſtrandorum [a] cura Archipresbyterorum in primis ſit, ac Parochorum, tum etiam, iuxta diœceſis noſtræ vſum, aliorum ſacerdotum, prout per hebdomadam ab Archipresbyteris ipſis fuerint diſtributi. Nolumus tñ. Sacerdotes oẽs huic miniſterio adhiberi, ſed peritos tantum, & idoneos, atque ad illud ſpecialiter à nobis præuio rigoroſo examine approbatos, & deputatos. Qui ſic [b] deputati, in aliena hebdomada nullatenus; ſine Archipresbyterorum licentia, ſe ingerant; quorum etiam iuribus nihil ex hoc præiudicari debere intendimus & præſenti decreto declaramus: Sacerdotes omnes, quorum munus erit Sacramenta miniſtrare, ſerius admonentes, quod ſi in eorundem adminiſtratione negligentiores fuerint, aut certè eorum culpa, vel iniuria fidelem quempiam ſine ſacramentis ex hac vita decedere contigerit, præter peccati mortalis labem grauiſſimam, ſeueriſſimam etiam pœnam noſtro, vel Vicariorum noſtrorum arbitrio erunt ſubituri.

b Alia. Syno. de anno 1603 in c. de ſacra.

Decretũ.7 e Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. Cathec. Ro. in c. de Sacr. in genere.

De extrinſeco cultu tum etiam intrinſeco ab ijs, adhibendo, qui ſacramenta ſunt ſuſcepturi.


SAncta [c] non ſolum ſanctè tractari, ac miniſtrari, ſed ſuſcipi etiam maximè decet. Non minus ergò in miniſtrante, quam in ſuſcipiente pietatem, puritatem, exterumque cultum exigunt ſacramenta; Quocirca

circa monendi, & hortandi sunt fideles, vt illa suscepturi, non solum conscientiæ munditiem animique debitum candorem afferant, sed [a] exteriori etiam corporis habitu, ac gestu, humilitatem, ac reuerentiam præferant. Cuicumque ergo indecorè, & irreuerenter accedenti, sacramenta ministrari interdicimus. Aequum est enim, vt qui Christi Sacraméta extrinsecus debito ritu non veneratur, intrinsecus etiam & in anima eorundem fructu priuetur.

a Con. Colo. de anno 1536 tit. de admini. sacr.

DE SACRAMENTO Baptismi.

CAPVT SECVNDVM.



CAelestis Regni hæreditatem quisquis adire cupit, [b] necesse est, vt ab eo statu in quo natus est filius primi Adæ, transferatur, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum. Fit autem translatio ista primo per Baptismi Sacramentum, quo [c] abrenuntiantes Sathanæ, & pompis eius, cum Christo [d] fœdera iungimus eiusque militiæ nomina damus. Quamobrem Sacramentum hoc iure dicitur esse [e] iustificationis nostræ exterius, & visibile principium, [f] sanctissimorum mandatorum exordium, [g] Religionis Christianæ primum signa-

b Con. Trid. sess. 6. c. 4.

c Con. Turonen. 2, c. 18.

d Chrisosto. homil. 21. ad pop. Anthiochen.

e Hosius in conf. Polon. c. 53.

f Dion. de eccl. Hierarch. c. 2.

g Syn. Borun. in can. de sacram. baptis.

Per Baptismi sacramétum transfertur homo in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei

a Greg. Nazi. orat. in sacrū bapt.
b Apoc. 21
c Cypri. lib. 2 epist. 2. Optatus lib. 5. ad Seuerū epist. 10
d Rom. 6. act.
e Con. Ancir. c. 12. Carthagin. 4. c. 1. Florētinum in decr. Eug. Tride. sess. 5. Chrisost. hō. 4. ad Neophi. Ambr. 1. de sacram c. 4. & lib. 2. c. 4. & lib. 5. in Luc. Prosp. lib. 1. de voc Gent. c. 5. Augu. in Enchiri. c. 43 & 64. de pec. mer. & rem. lib. 1. c. 9. & 24 lib. 2. c. 7. & alibi Damas. lib. 4. fid. ortod. c. 10. D. Tho. 3. p. q. 69 art. 1
e Catechis. Rom. de fructu Sacr. Baptis.
f ad Tit. 3
g Colos. 3
h 2. Petr. 1
i 1. Io. 3
l Rom. 6

signaculum,[a] vinculorum solutio, & Clauis Regni illius, in quo nihil introibit[b] coinquinatum, & immundum; quod non modo mors[c] criminum, verum etiam vita vocatur virtutum. Neque enim solum Baptismatis Sacramento, ab iniquitatibus omnibus[d] abluti, & peccatorum sepulta vetustate, efficimur in Christo noua creatura, nouum figmentum; [e] verum omne gratiarum genus nobis infunditur, & anima fidelis eximijs bonis, & muneribus decoratur. Isto siquidem regenerationis, & renouationis lauacro, [f] Spiritus Sanctus, per Iesum Christum Saluatorem nostrum abundè in nos effunditur; vt[g] vetere homine cum suis actibus expoliato, Diuinæ naturæ[h] consortes effecti, filij Dei[i] nominemur, & simus. Monendi sunt ergo fideles, vt magni huius sacramenti virtutem, & effectus sedulo cogitantes, tantam sibi in illo collatam dignitatem diligenter studeant conseruare; memoresque qua se sponsione Deo semel dicauerint, eiusque futuros esse spoponderint, tales se vita, & moribus præbere satagant, quales ipsa Christiani nominis dignitas exigit, & professio pollicetur; quo sic[l] consepulti iam cum Christo per baptismum in morte, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & ipsi in nouitate vitæ ambulantes, ad eandem gloriam resurgere valeant, & peruenire. Circa huius autem Sacramenti administrationem, Sanctorum Patrum Sacrorumque Conciliorum

Baptismi sacramentum Clauis est Regni cælestis

Quo non solum omnis iniquitas tollitur, sed etiā anima fidelis eximijs bonis & muneribus decoratur

I decre-

decretis inhærentes, hæc quæ sequuntur seruanda disponimus.

Decretũ. 1
a D. Aug. cõ. ep. Parmen. lib. 2. c. 15. D. Cleme. lib. 8 Const. Apost. c. 11. Tert. in Prolog. librorum de Spiritu Sancto
b c. in necessitate, de consecr. dist. 4. cap. Diaconos, p. priam. dist. 93 c. constat vbi supra
c c. super quibus 30. q. 3. decretũ Eug. 4. in con. Flo. D. Tho. 3. p. q. 67. art. 4
d c. super quibus vbi supra

De eo quod laici etiam, & Mulieres in necessitatis articulo sacramẽti huius ministri esse possunt

ET si baptizandi munus proprium Sacerdotalis Officij sit[a] ministerium, quia tamen infantibus propter ætatis imbecillitatem infinita pœnè vitę pericula impendent, iure[b] permissum est vt quisque, siue vir, siuè mulier[c] necessitate vrgente baptizare possit; immò eadem vrgente licet ipsi quoque Patri,[d] & matri in aqua pura, & simplici proprium infantulum baptizare. Quo casu, nec mulier pręsente viro, nisi fortè baptismi formam melius illa teneat, nec vir præsente Clerico, nec Clericus superiore, aut Sacerdote præsente, sacramentum hoc audeat ministrare.

Decretũ. 2.
e Decr. Eug. 4 vbi supra. c. à quodam, & c. Romanus. de consecr. dist. 4 D. Aug. cõ. Cresco. lib. 3 c. 6. & in Io: tract. 5. & 6 D. Tho. 3. p. q: 67: art: 5
f c. in quadã de celeb. miss. Con. Lat. in c. firmiter. de sum. Trin. & Fid. Cathol. Flor. sub Euge. in decr. de bapt. Triden. sess. 7. Can. 2. de bap. D. August. de pecc. mer. & remiss. lib. 1. c. 20. & lib 6. de bap. c. 32.

De materia, & forma huius sacramenti

CVm ergo[e] vnusquisque in Ecclesiæ fide ministrans possit esse in necessitatis casu legitimus huius Sacramenti dispensator. Parochi munus erit dum diebus festis in Doctrina Christiana Populum erudit, siue etiam sumpta occasione frequentioris populi, ad alicuius infantis baptismum, concurrentis, fideles omnes docere, huius sacramenti materiam, esse[f] aquam puram, simplicem, & naturalem, nullo modo artificiosam; in cuius aspersione, siuè infusione, adiungendam esse formam, Sacra nempè illa verba: Ego te Baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quæ forma ita coniungenda est ipsi materiæ, vt neque ante, neque post ablutionem, sed in ipsa ablutione, vel aspersione

a Ritu. Rom. in c. de bapt.

sione verba ipsa[a] proferantur, eodemque tempore peragatur vtrumque munus, & manus, & linguæ. Tum etiam addat, eam debere esse baptismum præbentis[b] intentionem, vt id agere velit, quod Ecclesia Catholica in ea Sacra functione facere intendit.

b Decr. Eug. 4 in Con. Flor. Tride. sess. 7. can. 11. D. Tho. 3. p. q. 64 art. 8. & ibi Suar.

Decretũ. 3.

c Con. Auen. de sacr. bapt.

De obstetricibus circa huius sacramẽti materiam, & formam examinandis

IN quibus omnibus instruantur præcipuè[c] Obstetrices, quæ cum frequentissime in necessitatis casibus baptizandi munus obire soleant, Ideo diligentissimè volumus illas per Vicarios nostros in partibus, post huius Sanctæ Synodi promulgationem, circa supra dicta examinari; nullamque ex ipsis in posterum, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, obstetricandi munus exercere absque facultate in scriptis gratis per R.R. Vicarios respectiuè concedenda. Quæ etiam de eo sunt[d] instruendæ, quod si infanti, antequam è materna aluo totus egrediatur, mortis periculum immineat, in ea parte quam emiserit, ei sacramentum est exhibendum; ita vt si caput emiserit, in eo aqua fundatur, nec, si postea super vixerit, iterum erit baptizandus; quod si aliam corporis partem emiserit, in ea baptizetur iterum postea, sub conditione baptizandus.

Præcipitur ijsdẽ sub excommunicationis latæ sẽtentiæ pœna, ne suam artẽ exercere audeant nisi habita desuper in scriptis licentia, & facultate

d D. Tho. 3. p. q. 68. artic. 11 ad 4. & in 4 dist. 6. q. 1. ar. 1. quæstiun. 1 ad 3. & ibi Palud. q. 1. Suar. 3. p. disput. 20 sect. 2. Sot. in 4. dist. 3

Decretũ. 4.

De infantibus Domi Baptizatis statim, ac conualuerint ad Ecclesiam deducẽdis

DOmi autem mortis periculo imminente Baptizatum infantem, statim ac cõualuerit ad Ecclesiam deferri, & coram Parocho sisti præcipimus; qui si diligenti inquisitione præmissa, infantem ritè baptizatum nouerit, Ecclesiasticas solemnitates[e] adhibeat

e Syn. Mogu. de anno 1549 c. 15. Hil de Sem. c. 33. Bor. in Canonibus de sacr. bapt.

beat,& ritus alios vnctionum, & exorcismorum,iuxta antiquissimum Ecclesiæ morem, in Rituali Romano descriptum,omnino suppleat. Quod si Infantem, aut non ritè baptizatum compererit, aut de hoc aliqua aderit dubitatio, eo quod certus, vel certi [a] testes desint,qui eum sine dubio baptizatum esse dicant; Si primum absolutè baptizetur; si secundum, [b] sub conditione, vt in Romano Rituali; ne fortè talis dubitatio, eum faciat Sancta illa purgatione, ac Sacramenti purificatione priuari.

a Syn. vniue. 6.can.64

b Con.Carth 5.c.6.in c.placuit,de cõsec. dist. 4. Conc. Vormac. c.70 Sua.3.p. disp. 22. sect. 2

Decretũ 5.

Quod hoc sacramentũ necessitate cogẽte in ecclesia tantũ sit ministrandum

NVllo vero intercedente periculo,quoscunque in [c] Ecclesia tantummodo, per manus Parochi, vel hebdomadarij baptizari volumus;Et ne tantæ necessitatis Sacramentum prorogetur, neue parentum incuria frustra Christus in eorum filijs laborauerit; [d] quibus nulla præter ipsius Christi baptismũ salus promittitur;In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & sub excommunicationis pœna mandamus, nè [e] parentes liberos suos diutius q̃ necessitas postulet,baptismi gratia carere patiatur,sed eos ad minus infra [f] trium dierum spatium, ad Ecclesiam suam Parochialem deferendos, & solemnibus cæremonijs baptizandos curent. [g] In quo præcipuè cauti sint Parochi ne quid infantibus ad baptismum suscipiendum allatis annexum sit, cuius vsus in superstitionibus esse possit,neque diuinitus instituta fuerunt, ad veneficia profanis manibus conuertantur. Quamobrem

c Syn.vniu.6: can,59 Syno. Colo, de anno 1536. tit. de admin.sacr.c.7. & alia de anno 1549 in cap vbi,& quibus bapt: d D. Augu.de peccat. meri. & remiss.lib. 1.c.25 de cõsec. dist:4: in c. nulla e Catech.Rõ. in capite de bapt: f Con. Auen: in c. de sacra. baptism. g Syn.Nuc.in 8,de sacr.baptism:

Præcipitur Parẽtibus ne suorum filiorum Baptismũ vltra tres dies differant

Cautio adhibenda à Parochis,ne baptizandis infantibus aliq̃ superstitiosum sit annexum

a Syn. Salern: de anno 1579 tit. 25: c. 16

rem ª curandum pariter erit, ne sal exorcizatum, linteolum, aut aliud quicquam, quod ad sacrum mysterium pertinuerit, quisquam domum ex Ecclesia deferre præsumat.

Decretū. 6.

b Synod. S. M. Cauensis de anno 1601 in c. de baptis: & alia de anno 1614. sess: 1 c. 3

c c. omnis Presbyter: de consecr: dist: 5

De fonte baptismali

FOntem baptismalem, omni quo decet cultu, iuxta ea quæ in alijs ᵇ Synodis sunt statuta, in decenti Parochialium dumtaxat Ecclesiarum loco retineri, ac asseruari mandamus. Isque si de nouo construendus sit, ex integro lapide ᶜ marmoreo, si commodè fieri potest; sin autem ex meliori, qui haberi poterit, construatur: sit etiam vndique clausus, & cancellis ligneis circundatus, cooperimentum ligneum desuper habeat, quod à parte anteriori aperiri, claudique possit, cum claui, quæ apud Archipresbyteros custodiatur; Quorum ᵈ etiam cura, & munus sit, aduertere, ne ipso fonte rimas agente, aqua aliqua ex parte diffluat, neue quid sordidi in eum decidere possit; Quod vt accuratius fiat, diligenter, saltem semel in hebdomada, inspici, & si quid immundi in eum deciderit, purgari mandamus. In quo si negligentiores fuerint, nostro, vel Vicariorum nostrorum arbitrio grauiter punientur.

d Syn. Saler: vbi suprà c. 9

Decretū. 7.

De ijs quæ in ipso ad sacramenti vsum sunt affectuanda, & de aqua baptismali.

e Gloss. c. in Sabbatho de consecr: dist. 4

SEruetur in ipso aqua solemni benedictione, & Sacri Chrismatis vnctione sanctificata; quam, aqua veteri in sacrarium refusa, bis in anno, iuxta sacros ᵉ Canones, renouari volumus, adhibitis sacris Cæremonijs in Romano Missali præscriptis, semel nempè in sabbatho sancto, & iterum in Vigilia Pente-

teco-

a Syn.Nuc.in 6.de sacr.bap. Ritual.Rom. eod.capite

tecostes. a Quæ etiam si præter prædicta tempora deficere cæperit, aut sordescens fuerit renouanda; si primum simplex, aut naturalis alia aqua, donec satisfuerit, immiscea tur; si secundum, Sacerdos Stola, & Cotta indutus, priuatim, & sine solemni cantu, incipiens ab Antiphona, sicut ceruus nouam aquam, vt est in missali, benedicat. Seruetur item vasculum, siuè cocleare ad effundendam in caput baptizandi aquam, quæ in eundem fontem b reincidere non permittatur, sed vel recipiatur in sacrarium, vel in aliud vas, ex quo postea in sacrarium dimittatur; & demum ea omnia in illo seruentur, quæ iuxta Rituale Romanum Sacerdoti Sacramentum hoc administraturo, præsto esse debent.

b Con.Auen. in c. de Aqua baptismali

Decretū.8.

De sacris oleis quotannis ex nostra Cathedrali Ecclesia in sacro monasterio Cauensi suscipiendis, & veteribus comburẽdis.

SAcrum Chrisma, & Sacrum Cathecumenorum Oleum de Baptismi vsum, sacram etiam infirmorum vnctionem, deinceps, non aliunde quam ex nostra c Cathedrali Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis in Sacro Cauensi Cænobio, non per quemcunque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas Parochorum, aut Presbyterorum, vel Diaconorum occupatio sit, per Subdiaconorum, sicut Sanctorum reliquia deportari solent, ita cum omni reuerentia deferenda; suscipi volumus combustis simul cum bombice præcedentis anni Oleis, eorumque cineribus in sacrarium illatis. Ipsa vero sacrorum oleorum vascula stamnea sint, vel argentea, cum sua cuique inscri-

c Ex Concil. Carthag.4. c. 36.Con. Var. 1.c.1.Vorma. c.60.

inscriptione, ne error facile valeat occurrere; nec præsumat Parochus, nisi necessitas cogat, contra Sacros [a] Canones, vltra annum veteribus Oleis in Baptismi Sacramento vti.

a c. si quis de consec. dist. 4

Decretũ. 9

De Patrinis, seu baptizandorum susceptoribus.

VEtustissima [b] Ecclesiæ consuetudo est ad sacram, & salutarem ablutionem celebrandam, patrinos adhibere, qui olim susceptores, sponsores, seu fideiussores communi vocabulo à rerum diuinarum scriptoribus vocabantur. Hi autem iuxta Sacros [c] Canones, & [d] S. Concil. Triden. decreta, non sint plures; sed vnus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus, & vna; atque inter hos tantum, susceptores videlicet, & susceptum, huiusque parentes; nec non inter baptizantem, & baptizatum, eiusdemque patrem, & matrem, spiritualem cognationem, nuptiarum fœdera prohibentem atque irritantem, ex eiusdem [e] Concilij decreto, & Sacrorum Canonum [f] dispositione, consurgere doceat Parochus. Cuius etiam muneris erit, susceptores suæ obligationis, & officij commonere; [g] fideiussores nempè illos apud Deum existere pro ijs quos de sacro fonte susceperunt, ideoque teneri susceptos, cum ad intelligentiam venerint, sedulis adhortationibus inducere, vt profiteantur peragantque diuina, curare etiam diligenter, vt in ijs, quæ ad Christianæ vitæ institutionem spectant, tales se exhibeant, quales eos futuros esse solemni cæremonia

De eorum munere.

b D. Dion. c. 2 & c. 7. de eccl. Hie. a. Tertul. lib. de baptis. c. 18. Augu. lib. 1. de pec. mer. & remiss. c. 34. Iustinus q. 56. D. Th. 3. p. q. 67. ar. 7. & ibi Suar.
c c. nõ plures de consecra. dist. 4. & c. quis de cogna. spir. in 6.
d sess. 24. de refor. matri. c. 2.
e Idem ibidẽ
f c. verum autem c. veniẽs de cogna. spirit. & c. ne dũ eod. tit. in 6. Con. Mogun. sub Car. Mag. c. 55.
g D. Aug. ser. 163 de temp. in c. nos ante de cõsec. dist. 4. & ser. 116. & 225. D. Dionis. & Tertu. vbi supra Syno. Remens. sub Bened. 7. c. 8. D. Tho. 3. p q. 67. art. 8.

spoponderunt, illosque in eiusdem Christianæ fidei rudimentis, ac præceptis instruere.

Decret. 10.

Qui excludantur ne baptizandos de sacro fonte leuare possint

QVo [a] circa sanctæ huius tutelæ administrationem illis solum committi volumus, qui eam gerere fideliter, & velint, & possint. Excludimus ergo ab hoc munere, & per Parochos nullatenus ad illud admitti debere mandamus, regulares omnes, iuxta Sacros [b] Canones, tum etiam interdictos, excommunicatos, [c] infames, nefarios, criminosos, meretrices, & publicos peccatores; eos etiam qui in Paschate anni præcedentis, Sacramenta Pænitentiæ, & Eucharistiæ non susceperunt; omnes denique, qui orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & decem decalogi præcepta, [d] ac fidei rudimenta ignorant, quique ad instruendum susceptum apti non fuerint.

a Catech. Roma. in c de sacra. Baptis.

b c. non licet el 1. & c. non monaci de cõsecr. dist. 4. Cõcil. Colon. de anno 1549. in c Quod non liceat, &c.

c Syn. Catin. de anno 159.. c. 1. decr. vlt. Botun. de sacra. baptis. Salern. de anno 1579. tit. 5. c. 6.

d Con. Cõstātinop. 3. can. & in additis, 7. Later. sub. Alex. 3. c. 71

Decret. 11.

Quo prophano ethnicorũ nomina baptizandis nõ imponantur


NImis indecens, & indignum est, sub profanis impiorum, & Ethnicorum hominum, seu etiam obscænis, & inanium Deorum nominibus Christianæ militiæ adscribi, & numerari, ac nominari quemquam in Populo Dei. [e] Quare grauius Parochis, & hebdomadarijs interdicimus, ne cuipiam baptizando, nisi eorum Sanctorum, & Angelorum nomina imponant, quos Sancta Ecclesia veneratur, quorumue patrocinijs protegi, & exemplis, ipsi fideles postea cum adoleuerint, ad piè viuendum, valeant excitari.

e Syn. Nucer. in c. de sacra. bap. is. Salern. vbi supra c. 7 Casin. de anno 1626. sess. 3. c. .. dec. 9

DE

DE SACRAMENTO *Confirmationis.*

CAPVT TERTIVM.



On ad otiosam fidem, sed ad periculosam luctam se vocatos nouerint fideles, ab eo, qui dixit, non [a] pacem se venisse mittere, sed gladium, quique ad eundem sibi comparandum, militibus suis, & pallium, & [b] tunicam vendendam esse pronuntiauit; Quippe quibus, tum inter visibiles, tum inter inuisibiles hostes, innumeraque salutis æternæ discrimina tota ætate gressuris, non leuis [c] colluctatio futura erat aduersus carnem, & sanguinem, aduersus mundi Principes, & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Sed vnde Christi militibus arma ad bellum, vnde virtus ad pugnam, vnde vires ad victoriam nisi ab eo ipso qui [d] potens in prælio, [e] virtute ex alto nos induit? in cuius [f] potentia confortamur, vt possimus stare aduersus insidias Diaboli, omniaque nequissimi hostis ignea tela extinguere; Quos enim benignissimus Dominus in suorum militum numero dignatus est recipere, non solum [g] signat receptos, verum etiam competentibus armis instruit

a Matth. 10
b Luc. 22
c Ephes. 6
d Psalm. 23
e Luc 24
f Ephes. 6
g Melchiad. Pap. in epist. ad Episcop. Hispan. c. 2

Christifidelibus cum innumeris hostibus tota ætate bellandum

pugnaturos. In baptismo ergo Sathanæ; & pompis eius abrenuntiantes, Christo nomimina damus, eiusque militiæ adscribimur; Chrismatis autem sacramento armamur ad bellum, firmamur ad luctam, disponimur ad Triumphum, idemque [a] spiritus, qui super aquas baptismi salutifero descendens illapsu, in fonte plenitudinem tribuerat ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, robur ad pugnam; Et sicut regeneratio per se saluat, mox in pace beati sæculi recipiendos, ita sacra vnctio armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. In quibus, [b] licet iam redempta, & sacro baptismate renata, succumberet profecto natura mutabilis, & de peccati labe mortalis, nisi Spiritus Sancti virtute hoc sacramento solidata, efficacissimo contra hostiles omnes insultus muniretur auxilio; [c] quo iusta diligens, iniusta respuens, luxuriosis illecebris fœdisque & indignis omnibus cupiditatibus repugnans, contrariis demum potestatibus superatis, ad illam peruenire valet immarcescibilis gloriæ, & [d] iustitiæ coronam quæ legitimè [e] certantibus reposita est, ac præparata.

Ad hanc aũt pugnã Chrismatis sacramento dispo nuntur, & roborantur

a Idem ibidẽ

b S. Leo ser. 3 de ieiun. 10. mensis

c Melchiad. Pap. vbi supra Vrb. PP. in epist. decre c. 7

d 1. Timot. 4.

e 2. Timot. 5.

Decretũ. 1

VT ergo nobis nostram Diœcesim ad confirmandos baptizatos; eamque iuxta Sacrorum Canonum statuta quotannis inuisendam circumeuntibus, nostræ solicitudini concrediti fideles, prompti paratique sint ad huius sacramenti susceptionem; facilius

De Sacramẽti huius vi, & effectu populo per Parochos ante eius collationem explicandis, & proponendis.

liusque, quæ in eius collatione dicentur, agẽturue percipiant; aliquot ante dies, prout edicto nostro commonebuntur, ijsdem fidelibus, ex Romano Catechismo, sacramenti huius naturam, vim, dignitatemque proponant Parochi; [a] vt intelligant, non solum negligendum non esse, sed summa cum pietate, & religione suscipiendum hoc sacramentum; cum [b] perfectus Christianus, nequaquam esse possit, is qui incuria, & voluntate, non autem necessitate compulsus, Sacramentum hoc prætermiserit; [c] quod, & si non eam necessitatem dicat, vt sine illo saluus quis esse non possit, à nemine tamen prætermitti debet, quinimo maxime cauendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis diuina munera; [d] septiformis nempè Spiritus Sancti gratia, immo ipsius diuini spiritus plenitudo [e] confertur, indignitas, aut negligentia aliqua committatur, vnde suscipientium culpa maximoque eorundem malo eueniat, vt frustra in eos diuinum hoc beneficium collatum esse videatur.

a Catech. Roman. de sacr. confirm.
b D. Clem. Epist. 4. Vrban. pap. in Epist. decr. c. 7
d D. Tho. in 4 dist. 7. q. 1. ar. 1. quæstiun. 2 & 3. p. q. 72. art. 8. Hug de S. Victore lib. 2. de sacr. p. 7 c. 3. Adria. in 4. in mat. de confirm. ar. 1 Caje. in sum. ver. confirm. Suar. 3. p. disp. 28 sect. 1
d D Clemen. vbi supra
e Actor. im 2 8. 19. D. Dion. Eccl. Hier. c. 4 Vrb. PP. vbi supra D. Tho. 3. p q 72. ar. 1 & 3. & q. 84. art. 4. in corp.

Perfectus Christianus esse non potest, qui sacramentum hoc non necessitate, sed voluntate prætermiserit

Hoc sacramẽto confertur suscipiẽtibus diuini spiritus plenitudo

Decretũ. 2.

APeriant etiam, qua ætate, quoue præcipuè pietatis studio præditi esse debeãt ij quibus sacramentum hoc administratur: & si enim fidelibus omnibus post baptismum sacramentum hoc possit administrari, minus tamen id expedire [f] iudicauit Ecclesia, antequam pueri vsum rationis habuerint: cum [g] enim hoc sacramentum ad Christianæ militiæ spiritualisque pugnæ robur conferatur,

De ætate eorum qui hoc sacramẽtum sunt suscepturi

f D. Th. 3. p. q. 72. ar. 8. Suar. ibidem disp. 35. sect. 1
g Catech. Romã. vbi supra

a Con. Colon. de anno 1536 tit. de admin. sacr. c. 9 Vict. in sum § 48 & 49. Siluest. v. confirma. nu. 4

ad hoc pugnæ genus rationis vsu carentes nullus aptos iudicauerit: hoc ergo Sacramentum suscepturi, [a] septennio non sint minores, quo quid circa illos agatur, & intelligere valeant, & meminisse.

Decret. 3,

b D. August. Psalm. 77. & Psal. 103. con. 1.

De adultis sacramentum hoc suscipiētibus

ADulti vero sacramentum hoc suscepturi meminerint quod licet omnibus [b] communia sint sacramenta, non tamen omnibus communis est gratia: neque enim possunt Sancti Spiritus esse participes, quorum indignitas tantæ sanctitudini contradicit; [c] Spiritus namque Sanctus disciplinæ fugiet effictum, auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Quocirca moneat eos Parochus, vt si huius sacramenti dona, & gratiam consequi cupiunt, non solum fidem, & pietatem afferant, sed conscientiæ maximè puritatem; grauiora peccata, quæ admiserint ex animo [d] detestantes; Immo sacramentali prius confessione [e] purgati, & quoad fieri potest, pro tanti sacramenti Reuerentia, non nisi ieiuni [f] accedant, iuxta laudabilem antiquæ Ecclesiæ consuetudinem. [g] Cui etiam, vt quod in nobis est, & nos obsequamur, non nisi de mane sacro peracto sacramentum hoc per nos administrandum edicimus; [h] ijs exclusis, qui orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, ac decem decalogi præcepta ignorauerint.

c Sap. 1.

Monendi sūt vt ad illud cōscientiæ puritatē afferant & non nisi ieiuni accedāt iuxta antiq. Ecclesiæ consuetudinem

d Suar. 3. p. disp. 34. sect. 2
e c. vt ieiu. de consec. dist. 5
f Ibidē eod c.
g Ex D. Tho. 3. p. q. 72. art. 12. ad 2. & cōcil. Meldens. c. 6. Burcard. lib. 4. c. 67

Quocirca sacramentum hoc non nisi de mane edicitur administrandum

h Syn. Botun. in Can. de sacr. confirm. Con Constātino. 3. can. 7 in addit.

Habet

Decret. 4.

De patrinis, & susceptoribus, qui etiã in hoc sacramento adhibentur

HAbet Ecclesiæ rationabilis [a] consuetudo, sicut in baptismi Sacramento, ita etiam in isto Patrinos, & susceptores adhibere: [b] sicut enim aliquis de nouo natus indiget instructore, vnde Apost. [c] Patres, inquit, carnis nostræ habuimus eruditores; ita qui assumuntur ad pugnam, duce indigent & eruditore, quales in hoc sacramento patrini sunt, qui susceptos tenent, quasi illos in spirituali pugna erudituri; Qui propterea memores sint sui muneris; A quo [d] excludimus eos qui adhuc Sacramentum hoc non susceperunt, tum etiam omnes, quos supra in baptismi sacramento excludendos mandauimus. [e] Sint autem tantum vnus, vel vna, iuxta sacros Canones; [f] In quo illud etiam seruari volumus; vt mares à maribus, fœminæ à fœminis, & natu minores à grandioribus suscipiantur. Ex qua susceptione docebit Parochus spiritualem cognationem contrahi, ex Concilij [g] Tridentini decreto, sacrorumque [h] Canonum dispositione, inter confirmantem, & confirmatum, ac tenentem, ita vt has personas non egrediatur.

Qui ab hoc munere excludantur

a c. in Catech. c. non plures, & cap. in baptismate de consecrat. dist. 4
b D. Tho. 3. p. q. 72 ar. 10. in corp.
c Hebr. 12
d Con. Colo. de anno 1539 tit. de admin. sacr. c. in bapt. fin. de consecr. dist. 4. D. Tho. 3. p. q. 72 ar. 10. in resp. ad 2
e c. in Catech. & c. nõ plures vbi supra Suar. 3. par. q. 72. art. 10
f Syn. Nucer. in c. de sacra. confirm.
g Sess. 24. de refor. matr. c. 2
h c. ne dum & c. quamuis de cogna spi. in 6. c. ita 30. q. 3

DE

DE SACROSANCTO EVCHARISTIÆ Sacramento.

CAPVT QVARTVM.



EX omnibus sacris mysterijs, quæ nobis tanquam Diuinæ Gratiæ certissima instrumenta, Dominus Saluator noster commendauit, [a] nullum est quod cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento comparari queat: [b] siue enim Christi Domini in hoc Sacramento existentis maiestatem, siue admirabilem modū & infinita miracula quæ in ipso conficiendo interueniunt, siue fructus, & vtilitates eius pia contemplatione meditentur fideles, tantum inter ea omnia præstat, vt hoc illorum [c] consummatio sit, finis, atque perfectio; in quo benignissimus Dominus, [d] non vnam aliquam, sed gratiarum omnium, & [e] amoris sui diuitias, velut effudisse videtur, cum illud digne suscipientibus, non solum innumera cælestia dona, sed bonorum, ac donorum omnium [f] fons, [g] cunctæque [g] sanctitatis auctor ipse conferatur: Vere diuinum, & admirabile sacramentum, in quo [h] donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore, in quo summa Maiestas se ipsam nobis tradit in pabulum, vt quoniam per cibum homo corrue-

Eucharistiæ sacramētum inter omnia maximum

Omniū aliorum sacramētorum finis, est perfectio

a Conc. Trid. sess. 13. c. 3. D. Tho. 3. p. q. 65 ar. 3. Scot. Durand. Gabr. & alij in 4. dist. 8

b Suar. 3. p. in proe. de sacr. men. Euchar:

c Dion. de eccl. Hierar. c. 3 D. Tho. 3. p. q. 73. art. 3. in corp. Suar. 3 p. disp. 39. sec. 2. & disp. 40 sect: 1

d Greg. Niss. in c. 3. ecclesf.

e Conc: Trid. sess. 3. c. 2

f D. Chrisost. homil. 61. ad: pop. antioch. & hom. 45. in Ioan: & 83. in Matth: Con. Triden: vbi supra c. 3

h Clé. si Dominum de reliq. & ven. sāctorum

corruerat, per cibum releuaretur ad vitam, & vnde vulnus fuerat ortum, inde medela prodiret. [a] Iste est panis quem dedit nobis Dominus ad vescendum, in cuius [b] fortitudine ambulamus vsque ad montem Dei; [c] panis qui corda nostra confirmat, [d] nos plenè reficit; verè nutrit, summeque impinguat, non corpus sed cor, non carnem sed animam; qui immortalitatis est [e] pharmacum, & æternæ mortis antidotum. Hoc est [f] manna illud [g] absconditum omne [h] delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem. Hoc est sacrificium illud, [i] in quo innouata sunt signa & immutata mirabilia, quæ numquam visa sunt [l] super terram, nec in vllis gentibus; sacrificium Angelis reuerendum, & hominibus adorandum, [m] super omnia legis sacrificia pretiosum, & acceptum [n] quo nihil maius, nec vlla oblatio potior esse potest. Hoc est memoriale perenne suauissimæ dilectionis, & pignus certissimum [o] Amoris eximij, quo Christus Dominus fideles suos vsque ad [p] germanissimam societatem sibi coniungens, excelsi filios, suæque naturæ consortes efficit. [q] Calix namque cui benedicimus, communicatio sanguinis Christi est, & panis etiam quem frangimus, non participatio solum, sed Communicatio Corporis Christi est; neque enim [r] participatione tantum & acceptione, sed vnitate communicamus; vt sicut vnus panis, ita & vnum cum Capite Corpus omnes simus, qui de vno pane, & de vno

Margin notes (left):
a Exod: 16
b 3. Reg 19
c Psalm: 103
d Clem. si Dominum vbi sup: a
e D. Ignat: Epist: ad ephes 14
f Aug. Chris. & Ciril. in c. 6. Ioa: Chris. hom. 23. in 1 ad Cor. Amb. lib. 5. de sacr. c. 1. Orig hó: 7. in nu. Gregor. Nyss. in lib. de vit. Moy. circa med. D: Th: 3 p. q. 63 ar 6. in Corp:
g Apoc: 2
h Sapien: 16
i Eccle: 36
l Exod: 34
m Malach. 1 & 3
n Alexander Papa Epist. 1 decret:
o Augu. Psal: 33: conc: 2: Hier: Epist. 17 ad Marc: & Epist. 120: ad Euag. D. Th. 3 p. q. 75: art. 1 in cor:
p Cypr. se. de Cęna Dñi Pa mascil. 4: fid. ortod. c: 14: prope fin:
q 1. ad Cor 10
r Chris: hom: 83: in Matth: & 24. in 11 ad Co: Hil: lib: 8 de Trin:

Margin notes (right):
Sicut per cibū homo corruit, sic per cibum releuatur ad vitam.
Sacramenti huius figuræ.
Sacramētum hoc est pignus certissimum, & memoriale perenne diuini amoris.

a Diuus Aug. lib. o. cōfess. c. 11

b S. Leo ser. 1 in natiu. Dñi propè finem

c Conc. Trid. sess. 13. c. 8

d Psalm. 77

Est cibus grā diū qui quos nutrit, & pascit ad ipsius summæ Diuī nitatis sublimitatem euehit

de vno Calice participamus. Iste ergo est cibus [a] grandium, qui quos pascit & nutrit mirabili ratione in suæ maiestatis gloriā transmutat, ac vertit, & ad ipsius summæ diuinitatis euehit sublimitatem. Quo circa hortandi sunt fideles, vt tantam ipsorum [b] dignitatem agnoscant, & diuinæ Consortes facti naturæ nolint in veterem vilitatem degeneri conuersatione transire. Summo etiam studio, & diligentia curandum est, vt ad sacrosanctum hoc mysterium ita accedant, vt de viuifico isto pane comedentes, is sit eis anima, vita, [c] & perpetua sanitas mentis & corporis; cuius vigore confortati, ex huius miseræ peregrinationis itinere ad Cælestem Patriam peruenire valeant, eundem panem [d] Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque vllo velamine manducaturi.

Decretū. 1.

e Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Io. 6. 1. ad Cor. 10. & 11. f S. Leo ser. 6 de ieiu. 7. mē. Cir. Alex. lib. 4. in Ioa. c. 13 & 14. Cip. ser. de Cœn. Dñi Hila. lib. 8. de Trin. Ambr. lib. 6. de sacr. c. 1. Greg. Nis. orat. Cath. c. 36. & 37. Chrisost. hom. 51 in Matt. & l. 3 de sacer. Hie. ad Hebid. q. 2 Aug. lib. 2. cō. Aduer. leg & proph. lib. 2

De huius Sacramenti maiestate, & præstantia fidelibus pro eorū captu explicandis.

In hoc sacramento maximè caligat oculus rationis

ID autem facile animarum Curatores assequi poterunt, si frequenter, vt debent, admirabilis huius Sacramenti Maiestatem, ex Christi Domini præsentia, [e] sacrarum literarum authoritate, ac Sanctorum Patrum [f] Doctrina, tum præcipuè ex Romano Catechismo, piè ac prudenter, pro suscipientium captu, exposuerint. In quo etiam cum maximè caliget oculus rationis, non ad pietatem solum, verum ad fidem præcipuè informari debent fideles, vt Dominici corporis, & sanguinis veram, & realem sub sacramentalibus speciebus existentiam, firma

ma & inconcussa fide teneant, doceantque illum eundem sub sacrorum accidentium velamine contineri, quem æternus Pater [a] in orbem Terrarum olim introducens dixit; Et [b] adorent eum omnes Angeli eius; quem [c] magi procidentes adorauerunt; quem denique in Galilea ab Apostolis adoratum fuisse [d] scriptura testatur; hac enim fide expressius concepta, impossibile erit fidelem Populum diuina hæc mysteria summa pietate, ac cultu non venerari; quem etiam ad eorundem frequentiam, mirabili eorum effectu, & vberrimo fructu exposito, diligentissime hortari curabunt.

Eius fide expressius concepta ad maiorem eiusdē venerationē excitamur

con. epist. Peti. c. 37. & ser. 2. de verb. Apost. de consecr. dist. 2. ferè p tot. Con. Lat. sub Inno. 2. c. 1. Constā. sess. 13. Flor. in decr. Eug. Trid. sess. 13 c. 1. & 3. & cā. 1. Clē. si Dō. de reliq & vener. Sanct. D. Th. 3. p. q. 75 art. 1. Mag. & DD. in 4. dist. 40

a Trid. vbi supra c. 5. Hæb. 1.

b Psalm. 98

c Matth. 2

d Matth. 18

Decret. 2.

De huius Sacramenti veneratione, & Custodia

TAnta ergo cum sit huius sacramenti dignitas ac excellentia, omnem certe venerationem ac cultum ei condecens est exhiberi, & in locis Deo sacris, iuxta laudabilem Catholicæ Ecclesiæ [e] consuetudinem, vt à fidelibus adoretur, quam fieri potest decentissimè [f] seruari. Quare innouantes, quæ in alia [g] Synodo sunt statuta, mandamus Archipresbyteris omnibus, alijsque ad quos spectat, vt ligneum Tabernaculum, in quo sacramentum hoc reconditur, sit vndequaque deforis inauratum, ac serico pallio circū tectū, nec immediate super altare reponatur, sed ab ipso eleuatum, quantum fieri potest, decentius accomodetur. Intus vero circumcirca sit vndique serico contextum, mundoque corporali instrato, super illud in argentea pixide sacramentum collocetur, singu-

Tabernaculū qualiter disponi, & Ornari debeat

e Conc. Trid. vbi supra c. 6 ex Con. Nic. 1 Can. 12

f c. sanè de celebr. miss. Synod. Colo de anno 1536. tit. de admin. sacr. c. 16

g Syn. S. M. Cauen. de anno 1614. sess. 1 c. 5.

h Syn. Botu. in Can. de sacra. Euch. Synod. Auen. c. de eodem Syno. Saler. de anno 1579. tit: de Euch: asser. c. 4

lis quibusque hebdomadibus ad minus, priori consumpto, ne corruptio accidat [a] renouandum; [b] Tabernaculum ipsum claui claudatur, apud Archipresbyteros conseruanda, nec vlli, nisi hebdomadario, necessitate vrgente fidenda. Ante illud verò vna ad minus lampas semper ardeat, vt hoc externi apparatus, & ardentis luminis signo excitati fideles, intus latentem Deitatem agnoscant, & agnitam debito cultu venerentur, & colant. In supradictis autem, si eorum, ad quos spectat incuria, defectus, aut negligentia contigerit, grauissimas nostro arbitrio pœnas sciant se daturos.

a Con. Auen. vbi supra
b Con. Later. sub Inno. 3 c. 20 in c statuimus de cust. Euchar.

Sacrum mutandum Sacramẽtum singulis quibusque hebdomadibus renouandum

Ante illud vna ad minus lampas sẽper ardeat

CVltus autem, ac veneratio admirabili huic sacramento in eius susceptione necessario exhibenda, [c] in conscientiæ maximè puritate, atque animi candore consistit: indignum enim, immo [d] sacrilegum est fidelem quempiam polluto corde, ac sceleribus contaminato, ad sanctitatis fontem accedere. Quo circa nullus quem mortalis peccati conscientia grauet, quantumcumque contritus sibi videatur, nisi præuia sacramentali confessione, ad [e] terribile hoc mysterium, nec minus charitatis, quã horroris [f] plenũ suscipiẽdũ audeat accedere, nè fortè corporis, & sanguinis Domini [g] reus constitutus, iudicium sibi ipsi manducet, & bibat. Itaque, iuxta Augustini dictum, mutet prius vitam, qui vult accipere vitam; nam si vitam non mutet, ad mortem vitam accipiet, & magis quam

Decretũ. 3.
b Conc. Trid. vbi supra c 7 Cipr. in lib. de Lapſ. c. 10. cũ seq. Augu. Epist. 118. c. 3 D. Thom in 4 dist. 17. q. 3 art. 1. quæstiũcula 4. & alij quos habes apud Suar 3 p. disp. 66. sect. 3. dicto 1. & 2
c D. Tho. 3. p. q. 8. art 4. in corp. D. Hier. Epistol. 22. ad Eustoch Suar. vbi supra sec. 2
d Dion de Eccl. Hier. c. 3
e Chriso lib. 3. de sacer. & hom. 8. de pœnit. & hom. 4 ad Neoph.
f 1. Cor. 11

De dispositione, & præparatione ad huius sacramenti susceptionem necessaria

Sacramẽtum hoc terribile est, nec minus charitatis q̃ horroris plenum

quam sanari, corrumpetur ex ipsa, nec viuificabitur, sed potius occidetur.

Decretū 4.

a Syn. Botun. In Can. de sacr. Euch. D. Tho. 3. p. q. 80 ar. 7. Caiet. in sum. ver. com. Sua. 3. p. disp. 60. sect. 8 Azor. lib. 2. de pæn. c. 9. in c. nonnulli de pæn. distin. 3. Con. Carth. 2 c. 46. Silue. in v. cler. 3. nu. 7

Pro huius sacramenti reuerentia non statim post admissum mortale peccatū, etiam sacramentali confessione præmissa, ad illud accedendum

IMmò [a] etiam sacramentali confessione præmissa, consulant Parochi non esse forte satis tutum, esse certè nimis indignum statim post admissum mortale peccatum, nisi magna vrgeat necessitas, aut adsit maxima pietas, ad dignissimam hanc Eucharistiā percipiendam accedere. Pertinet enim ad huius sacramenti reuerentiam, vt peccator communicaturus aliquantum abstineat, quo corporalis etiam immunditia purgetur; & antequam communicet fidei, spei, & charitatis actibus tollatur spiritualis illa hebetudo, quę in mente ex illius ad peccata, & ad carnem depressione contingit.

Decret. 5.

b D. Cipr. in exposit orat. Dom.

c Syn. Nucer. in c. de Sacra. Euch. Caiet. in sum. vbi supra Suarius, vbi supra. disp. 3 x. sect. 1 dict. vlt.

d Ciril. Hierosol. Catec. 5 Mistag. Dam. lib. 4. ad. Orto l. c. 14.

e Syn Bot. in Cā. de Euch. Casanatis 9a sess. 2. c 4. dec 13. Clem: Roman: lib: 2 co stit: Apost. c: 61

Placēdum est diuinis oculis etiam in habitu corporis, & ideo nō solum interior puritas, sed etiam exterior reuerētia Sacro Altari est affectanda

Mulieribus seorsim a viris sacramē. ministrandū. si commode fieri possit

ILlud etiam moneant, quia [b] placendum est diuinis oculis etiam in habitu corporis, vt interiori animi puritati, & integritati, quam fideles ad sacram hanc mensam afferre debent, [c] externam quoque reuerentiam, ac humilitatem coniungant, vt non nisi demisso vultu, & humili vestitu, omniq; armorū genere deposito, [d] proni in adorationis, & venerationis modum accedant. Mulieres verò vndequaque simplicitatem, modestiam, ac grauitatem præseferant; quibus etiam [e] seorsim à viris, quoad fieri potest, Sacramentum hoc volumus ministrari.

Decretū 6.

f Matth: 7

Ab huius sacrament. ceiene. qui sint excludendi

SAnctum [f] ergo Canibus non est dandum, nec pretiosissima margarita ante porcos est proijcienda: tales autem meritò sunt

a Ioel. 1

censendi, qui tanquam [a] iumenta in suarum iniquitatum stercore computrescentes, publicisque criminibus contaminati, huic tamen sacro conuiuio accumbere non verentur. Quorum vt comprimatur damnanda temeritas, Archipresbyteris, & Parochis omnibus, sub obtestatione diuini Iudicij, præcipimus, ac mandamus, vt fideliter obeuntes munus suum, ab huius diuinæ mensæ participatione excludant omnes, & quoscunque [b] excommunicationis sententia innodatos, & publicè denuntiatos nouerint, eos etiam qui fidei rudimenta [c] ignorant. Item [d] infames omnes, cuiusmodi sunt præstigiatores scortæ, lenones, Concubinarij, fœneratores, blasphematores publici, nec non publicè inimicitias exercentes; inque [e] notorijs degentes sceleribus, donec sinceram malæ actæ vitæ emendationem, ac veram cum Deo, & proximis reconciliationem, certis inditijs comprobauerint.

Excommunicati

Fidei rudimenta ex praua negligentia ignorantes

Infames, & publicis sceleribus contaminati

Publicè inimicitias exercentes

b DD. in cap. Engeltrudam 3.q.4

c Syn. Salern. de anno 1579 tit. 29. c. 4

d Syn. Augu. c. 19

e D.Tho.3.p. q.80.art.6. in corp. Chriso. Homil.83. in Matth. Cipr. epi.61. Clem. lib.8. Consti. c.32 c. multi 2.q.1. Syn. Augu. c. 28

Decret. 7.

NEque item ij ad sacrum Altare sunt admittendi, [f] qui pretiosum à vili separare non valentes, cælestem hunc à communi, & profano pane non discernunt; Quo circa eos etiam ab illo excludi mandamus, [g] qui ratione quacumque ex causa sunt destituti, nisi quandoque mentis compotes reddantur, eaque vigente pium erga hoc Sacramentum ostenderint affectum. [h] Quo casu Sacramentum hoc eis poterit ministrari. [i] Pueri vero, sicut & ipsi ante rationis vsum excluduntur,

Item excludendi sunt pueri ante vsum rationis, & quacunque ex causa ratione destituti.

f Catech. Rō. in c. de Sacr. Euch.

g D.Tho.3.p. q.80.art.9. in respons. ad 3

h Idem ibidē in corp. & cō cil Carthag. 4.c.75

i Catech Rō. vbi supra. Suarez.3.p. disput. 69. sec.2. Syn. Nuce. in c. de sacr. Euch.

tur, ita adulta iam etate ad illud nullatenus admittantur, nisi prius Parocho sit exploratum, eam illos habere huius mysterij cognitionem, quæ debitam in eos pietatem, ac religionem apta sit excitare.

Parocho quæ diligentia adhibenda circa eos, qui prima vice sacram. hoc sũt suscepturi

Decretũ 8.

OLim [a] in primitiua Ecclesia fidei, ac Charitatis feruore vigente, singulis quibusque diebus prisci illi, ac verè pij fideles tremendo sacrosanctæ missæ sacrificio adstantes, Cœlesti hoc pane refici consueuerant. [b] Postea verò diminuto Charitatis feruore indultum est, vt si non frequentius, saltẽ ter in anno fideles omnes cõmunicarent. [c] Demum nostris temporibus, in quibus verè fines sæculorum deuenerunt, propter iniquitatis abundantiam, eo vsque charitas refriguit, vt vel semel in anno fidelibus communicandum esse Ecclesiastica lege in Lateranensi Concilio fuerit statutum; ea non obtemperantibus, ac tantum bonum negligentibus apposita pœna, vt viui ab Ecclesiæ ingressu arceantur, mortui vero Ecclesiastica careant sepultura. [d] Hoc igitur decretum, quod ideo in fine huius capituli imprimendum curauimus, Parochi sub graui arbitrio nostro pœna prima quaque Dominica Quadragesimæ, ac Palmarum, fidelibus, ne quis ignorantiam possit obtendere, vulgari lingua conceptis verbis, explicent ac proponant.

De communicando semel in anno

Antiquitus quotidie communicabãt fideles

Postea vero indultũ fuit, vt ter in anno communicarent

Ecclesiæ præceptum de communicando semel in anno, Dominica prima Quadragesimæ, & Dominica Palmarũ fidelibus, quotannis euulgandum

a D.Tho. 3.p. q.80.ar.10.ad 5. Ansel. Pap. in c. Episc. de consec. dist. 1 Con.Tol.1.c. 13

b c. etsi non frequentius, & c. secul. de consec. dist.2

c Con. Later. sub Innoc. 3 c.21. in c. omnis. de pæn. & remiss. Trid. sess.13. can.9

d Ex decr. Cõcil. Later. vbi supra. Synod. Hild. c.48

Decretũ.9.

QVod si quos compererint, qui propriæ salutis immemores, sacrorum Canonum

num decretis intra Paschale tempus, quod Dominicis Palmarum, & in Albis [a] continetur, minime obtemperauerint, eorum nomina nostris Vicarijs in partibus scripto referant, eaque ipsa Dominica in Albis vna tantum pro trina Canonica monitione generatim moneant, vt in proxima hebdomada Ecclesiæ præcepto pareant; quod si per octo sequentes dies non paruerint; eorundem nomina ad Ecclesiæ fores affigantur; si forte faciebus eorum [b] ignominia repletis, nomen domini quærere discant; si demum adhuc contumaces fuerint, iuxta suprapositam iuris, & sacrorum Canonum formam, & ad grauiores etiam pœnas contra ipsos edicimus procedendum.

[a] Iux. declar. Eng. 4. quam refert Nauar. in sum. c. 21. nu. 45. ex loc. maior. in 4. dist. 17. q. 2

[b] Psalm. 82

Quomodo procedendum contra eos, qui Ecclesiæ præcepto non satisfecerint

Paschale tempus, quo in festa obligat Ecclesiæ præceptum Dominicis Palmarum, & in Albis continetur.

Decret. 10. e Syn. Salernit. de anno 1579 tit. 29. c. 6

NEque vero ij excusabiles erunt, qui eo tempore à propria Parochia, etiã iusta de causa, absuerint, nisi fide exhibita, Ecclesiæ præcepto se satisfecisse docuerint, vel sine mora, præuia confessione, communionem in propria Ecclesia sumpserint; extra quam si quis Paschali tempore, absque Vicariorum nostrorum in partibus, vel Parochorum respectiuè licentia, ex graui tantum, & rationabili causa concedenda, communicauerit; is nequaquã Ecclesiæ præcepto satisfecisse censeatur. Nullus vero Parochorum alienos Parochianos, sine prædicta licẽtia, vel [d] ignotos, & exteros fideles sine confessionis peractæ fide, in scriptis exhibenda, ad hoc sacramẽtum præsumat admittere, grauiter si contrafecerit no-

Qui supradicto tempore a propria Paroch a absunt, teneantur docere se Ecclesiæ pcepto satisfecisse

[d] Syn. Mogu. c. 27. e Syn. Colon. de anno 1536 tit. de admin. sacr. c. 20. Bo. tuit. in can. de sacr. Euch. Mogu. c. 28 c. tribus de consecr. dist. 2

Alieni Parochiani sine proprij Parochi licentia, & ignoti ac exteri, sine confessionis peractæ fide adhoc sacra. nõ admittẽdi

tis nostro arbitrio puniendus.

Decret. 11

Clerici verò communi hoc lege contenti esse non debent, sed quia Altaris ministerio præcipuè sunt deputati, de eiusdē etiam mysterio conuenit frequentius esse participes; Ideo innouantes ea quæ in alia a Synodo sunt statuta, præcipimus, vt Clerici in sacris constituti, quolibet die Dominico, alijsque diebus festis de præcepto, alij vero Clerici, saltem bis in mense, Sacram Eucharistiam sumant; idque intra maioris missæ solemnia; quo populus singularis huius pietatis exemplo, ad eiusdem frequentiam valeat excitari. De hoc autem teneantur fidem nobis in actu visitationis exhibendam, à suis Archipresbyteris exigere, grauiter nostro arbitrio si secus fecerint puniendi.

Quod Clerici in sacris constituti omnibus diebus festis de præcepto, alij vero bis in mense communicēt

a Syno. S. M Cau. M, S. de anno 1614. sess. 1. c. 5

Decret. 12 b

Vetustissima est Ecclesiæ consuetudo, sacram Eucharistiam ad infirmos deferendi, vt eodem spirituali cibo, quo in huius vitæ peregrinatione fideles sunt aliti, eodem etiam ijsdem ad æternæ gloriæ perpetuæque fœlicitatis consequutionem, via disponatur. In huius ergo tam salubris instituti obseruatione, caueant Parochi ne suo muneri c desint neue eorum incuria, ac defectu fidelem quem quam tanto bono priuatum ex hac vita decedere contingat. In eo autem tum deferendo, tum referendo, tum etiam ministrando, ac in paranda infirmi domo, eo ad vnguem ordine procedi, eosque omnes ritus exactissimè adhiberi mandamus, qui in Romano Rituali

De hoc sacramento ad infirmos deferendo

b Con. Nicæ. Can. 12. Carthag. 4. c. 76 77. & 78. Cab. th. 2. c. 4. Arau sic. 1. c. 3. Tri. sess. 13. c. 6. 26 q. 6. c. si quis; & c. qui recedunt de consec. dist. 2. cap. Presbyter, & c. si ueto dist. 50 c 26. q. 6. c. si presbyter, & c. agnouimus item, de offi. Archip. c. offi cium, & ibi Glos. v. fine confess.

Caueant Parochi ne in hoc suo muneri desint

tuali ab omnibus Parochis ſeruandi diſponuntur; In quo etiam Parochi ſtudio, ac pijs adhortationibus illud erit curandum, vt non ſolum qui Sanctiſſimi Sacramenti confraternitati ſunt adſcripti; ſed, quo frequentior etiam fieri poterit, adſit aliorum fidelium multitudo; qui vt eo promptius piam hanc ſeruitutem exhibeant, quo ſe nouerint ſpiritualibus gratijs ſpecialiter cumulatos, præter indulgentiarum theſauros à S. & Apoſtolica Sede conceſſos, ijſdem etiam toties quoties Chriſtiano huic officio intererint, vice noſtra, & ordinaria authoritate, quadraginta dies de vera indulgentia annuntiet, & largiatur.

Decret. 13. — *Cohortandi fideles ad officioſũ erga hoc ſacr:dum ad infirmos defertur, obſequium*

MOneant [a] item Parochi fideles, vt omnes, & quicunque quibus Sanctiſſimum hoc Sacramentum, dum per viam fertur, occurrere contigerit, pro Chriſtianæ Religionis cultu, Chriſtum Ieſum ambulantem in Terris humiliter, ac deuotè, corporibus humi ſtratis, reuerenter adorent; [b] nec niſi vrgenti neceſſitate impediti, eundem vſque ad Domum infirmi, & ad Eccleſiam quoque in reditu, pia veneratione proſequi prætermittant. Quod ipſum Clericis maximè omnibus præcipimus, non ſolum propter debitum, quo ad hanc venerationem communiter tenentur, ſed maximè, vt Laici ab illis religioſiſſimæ huius ſeruitutis ſumant exẽpla.

[a] c. ſanè de celeb: Miſſ. Syn. Borun. in Cã. de ſacr. Euch.

[b] Syn. Caſin. de anno 1626 ſeſſ. 2. c. 4. decr. 8

Decret. 14. — *De Oratione quadraginta horarum*

QVadraginta horarum Oratio ſicuti religioſe eſt inſtituta, vt fideles fidentiori

tiori pietate manus suas Christo Domino leuantes, atq; ante eum tanquam in amoris sede, ac throno constitutũ, propria corda effundentes, quæ pijs precibus postulauerint, facilius valeant impetrare; ita eandem non nisi eo cultu, quem tanti sacramenti Maiestas exigit, concedens est celebrari. [a] Quocirca si quando, vt hæc peragatur oratio Augustissimum hoc Sacramentum erit publicè exponendum, id non fiat nisi de nostra, vel Vicariorum nostrorum respectiuè scientia, & consensu, absque iusta grauique causa nullatenus interponendo, nec nisi in sacello, & altari pro Ecclesiæ locique facultate deuotè, ac decenter ornato; in quo Cereorum accensorum numerus eiusmodi sit, qui, & multitudine, & recta dispositione, tum Christi præsentiam exornet, tum intuentium oculos ad pietatem alliciat. Sex autem ad minus sint cerei, binæque item faces grandiores, præter alias Lampades ardeant, ac præluceant. Eidem vero altari duo Sacerdotes, vel Clerici sibi ipsis per horas succedentes, aut vnus Sacerdos, & alter Clericus, vel ad minus vnus Clericus, & alter ex Confratribus Sanctissimi Sacramenti; illi quidem superpelliceo, ac stola respectiuè; hi vero linea Tunica, vel Cotta, similiter respectiuè induti, genuflexi, & capite aperto semper assistant; Archipresbyterorum autem munus sit, qui, qua hora assistere debeant, disponere, easque ita temperare, vt solum

[a] Syn. Auen. in c. de orat. 40. horarum

Quo ritu sit celebranda

 diur-

a syn. Casine: vbi supra, decre. 1. diurnis horis fiant, * nec prosequantur nobis in consultis tempore nocturno.

CONSTITVTIO CONCILII *Lateranensis*.

OMnis vtriusque sexus fidelis post quam ad annos discretionis peruenerit omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter, ad minus in Pascha, Eucharistiæ Sacramentum, nisi fortè de proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinẽdum; alioquin viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesijs publicetur; ne quisquam ignorantię cæcitate velamen excusationis assumat.

Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat à proprio Sacerdote; cum aliter ipse illum non possit absoluere, vel ligare.

Sacerdos autem sit discretus, & cautus, vt more periti Medici superfundat Vinum, & Oleum vulneribus sauciati; diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat


beat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtẽdo ad sanandum ægrotum.

Caueat autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem: Sed si prudentiori Consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ cautè requirat: Quoniam qui peccatum in pœnitentiali Iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

CAPVT QVINTVM.

a Philo. lib. de Abrah.



Ecundo post integritatem gradu pœnitentia consistit: cum enim ea sit humanæ naturæ imbecillitas, ac nostræ infirmitas mortalitatis, vt quam quisque in Baptismi Sacramento suscepit innocentiam, nullus ferè tueatur [b] integram, & seruet impollutam; voluit clementissimus Deus, qui [c] cognouit figmentum nostrum, quique [d] præstabilis est super malitia, ita [e] lapsibus humanis subuenire, vt qui regenerationis donum violassent, proprio se Iudicio

b Syn. Casin. de anno 1592 de sacr. pæni. in proem.

c Psalm. 102

d Ioel. 2

e c. multiplex de pæn. dist. 1

Quare pænitentiæ sacramen. à Christo Domino fuerit institutum

 con-

condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent; nec solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam, spes vitæ repararetur æternæ. [a] Necessaria certè diuinæ clementiæ benignitas, quæ cū sciat non deesse sanatis quædam postmodum vulnera, dedit sanandis curandisque denuò remedia salutaria. Sicut ergo intrantium Baptismus, Chrisma pugnantium, Eucharistia vires resumentium, ita Pœnitentia resurgentium est Sacramentum, à Christo Domino [b] institutum, vt eius virtute, si corruerimus, eleuemur, & si in colluctatione ista, quę nobis assidua est aduersus carnem, & sanguinem, aduersus [c] tenebrarum harum principes, & potestates nos prosterni contigerit, pœnitentiæ assumpto præsidio, & erigi prostrati, & integratis viribus, instauratoque conflictu opima de hostibus spolia reportare valeamus: hæc enim sicuti [d] spes est salutis, iniquitatum consumptio, & vulnerum medicamentum; ita [e] gladius est nequissimi hostis caput amputans, vim eius præcidens, & contra eundem armatura fortissima; quæ Christianos milites post frequentes etiam [f] lapsus, & deiectiones plurimas coronat, & post multas fugas viros efficit, & victores; non mundi solum, & Diaboli, sed ipsiusmet inuincibilis Maiestatis, cui pœnitentiæ armis instructi [g] vim inferimus; non quidem compellendo, sed flendo; non prouocando iniurijs, sed illatas humili confessione deprecando, instando

preci-

a Cipr. ser. 1 de eleemos.

b Io. 20. Con. Tride. sess. 14 c. 1. & can. 1 Tertul. lib. de pen. Cipr. ser. de ablut. pedum.

c Ephes. 6

d Isid. lib. 3 de sum. bon.

e Chrisost. homil. 3. de pænit.

f Idem in Epist. ad Theodor. Monac.

g Ambr. ser. 15

Baptismus intrantium est sacramentum, Eucharistia vires resumentium, pænitentia vero resurgentium

Pænitentiæ virtus

Pœnitentia ipsi Deo vim infert, & quo modo

precibus, & pijs operibus; ac lacrimis veniam exorando. Hæc sunt pœnitentiæ arma, quibus susceptis Sanctus Dauid, & si [a] impulsus, & vt caderet euersus, tanto tamen vigore surrexit, vt imperterritus exclamaret. [b] Persequar inimicos meos, & comprahendam illos, & non conuertar, donec deficiant. [c] His importuna in Euangelio mulier tandem meruit exaudiri, [d] & qui nullis contra se viribus superari potest; vnius publicani precibus potuit superari. Hæc ipsa latroni de [e] Cruce vim inferenti, Cœli ianuas reserarunt, & homicidij reum, [f] martirem reddiderunt. Cum ergo nullus sit qui possit dicere, mundum est cor meum, [g] purus sum à peccato; [h] sed in multis offendentes omnes, nimis frequenter, quæ est nostræ infirmitatis miseria, in nostrorum aduersariorum conspectu corruamus; Hortandi sunt fideles, vt frequentius præclarissima hæc pœnitentiæ arma assumentes, viriliter resurgant, damnent vitia, delicta horreant, peccare desistant, & quam [i] magna deliquerunt, tam granditer defleant. [l] Ieiunijs, Vigilijs, & Sanctis afflictionibus humiliata corda macerent, & maculata purificent, totaque spiritus contritione insistant, vt admissa crimina, tanquam sagittæ, de conscientia euellantur; quo sic mortificatione præsenti, futuræ mortis sententiam præuenientes, dum culpæ auctor humiliatur, consumatur culpa, dumque exterior afflictio voluntariæ districtionis infertur,

tre-

a Psalm. 107
b Psalm. 17
c D. Hier. epist. ad Damasc. relat. in c. importuna de pœn. dist. 1
d Luc. 18
e Luc. 23
f D. Hier. vbi supra, & Cip. ser. de Cœn. Dom.
g prouerb. 20
h Iacob. 3
i Cipr. ser. de lapsis
l Eufeb. Emc. homil. 10. ad monacos

Pœnitentiæ arma frequentius fideles assumere debent

tremendi Iudicis offensa sedetur; & ingentia demum debita, humilis confessionis soluat labor exiguus, quæ consumpturus non erat ignis æternus.

Humilis confessionis exiguus labor ingentia debita soluit.

Decret. 1.

SI [a] ergo diligentiam, quæ à Parochis in explendo suo munere est adhibenda, ex rerum quas tractant magnitudine, pondere, ac necessitate metiri ipsi voluerint, omnino fatẽdũ eis erit, nũq̃ in ijs fideli populo proponendis, quæ ad pœnitentiæ vsum, & necessariam frequentiam spectant, adeo diligentes futuros esse, vt satis videri posit: Immò eo accuratius de ea sibi agendum esse cognoscent, quo ab ipsa omnis Euangelicæ Doctrinæ prædicatio [b] sumere videtur exordium; non [c] enim solum lapsis post baptismum, [d] verum etiam per Baptisma non dum regeneratis ad salutem est necessaria, [e] totiesque ei locus datur, eiusque repetendæ toties necessitas est imposita, quoties post baptismũ contigerit peccare.

a Catech Roman. de sacr. pœn. in ptin.
b Matth. 3. & 4. actorum 2 Conc. Col de anno 1536. c. 31
c Trid, sess. 14. c. 2
d Idem ibidẽ. c. 1
e D.Tho. 3. p. q. 84. art. 12. & in 4. dist. 14 q. 1 ar. 4. quæstiun. 3. D. August. de vera, & falsa pœni. c. 5

De diligentia à Parochis, præcipuè in huius sacramẽti administratione adhibenda

Euangelicæ Doctrinæ prædicatio à pœnitentia sumpsit exordiũ

Toties repetẽda quoties post baptismum contigerit peccare

Decretũ. 2.

VT itaque tanto muneri satisfaciant, nõ solum singulis diebus festis, sed quoties fideles sibi commissos, vel priuatim, vel publicè ad diuina adhortari contigerit, huius Sacrameti frequentiam inculcent, eosque adhortentur, vt quoniam in naufragio aquarum multarum ammiserunt innocentiam gratiæ baptismalis, arripiant, si saluari cupiunt, secundam [f] Tabulam pœnitentiam, festinent lacrimarum [g] baptismate iterum ab iniquitatibus ablui, vt hæ non sint illis in ruinam, fugiant

f Tertul. in prin. lib. de pœnit. Hier. in c. 3. Isa. Amb. ad virginem lapsam c. 8. D. Th. 3. p. q. 84 art. 6. & in 4 dist. 2. q. 1. ar. 3. ad 5
g Greg. Nazi an. orat. in sãcta lum. Christo. hom. 9. de pœn. Damasc. lib. 4. de fid. c. 10

De cohortandis fidelibus ad huius sacramenti frequentiam.

L Pœnitentia est secunda tabula, & baptisma lacrymarum

fugiant à Deo irato ad Deum propitium, qui cum [a] iratus fuerit misericordiæ recordatur, qui [b] non vult mortem peccatoris, sed ei statim, ac ingemuerit ignoscit, apud quem si [c] vera contritio, & vera fuerit voluptatum mutatio, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas excludit à venia; sed omni tempore gratia Dei peccatores admittit ad pœnitentiam; cuius [d] radices, & si amaræ sint, fructus tamen suauissimos esse docebit, Dei nempè [e] amicitiam, per remissionem peccatorum.

a Abacuc. 3
b Ezech. 18
c Cipr. ser. de Cæn. Domini
d Cath Rom. de fruct. pæn.
e Conc. Trid. sess. 14. c. 3

Eius radices, & si amaræ sint, fructus tamen est suauissimus.

Decreti. 3.

AD quam consequendam, vt disponantur fideles, eosdem monebit, esse quidem [f] optimam pœnitentiam nouam vitam, siue eiusdem renouandæ firmum propositum: hoc autem rectè à nemine formari posse, nec quemquam posse nouam vitam inchoare, quem veteris non penituerit. Oportere [g] ergo omni contentione, ac studio in intima animi pœnitentia, quam contritionem dicimus elaborare, sine qua Sacramenti huius, nec fructu, nec effectu vllus vnquam poterit gaudere. [h] Hæc autem illa est, qua nos ad Deum ex animo conuertimus, & commissa à nobis scelera propter eius maiestatem summe offensam, ex animo detestamur, ac vehementissimo odio prosequimur, simulque illud firmum nobis est, ac deliberatum, malam ante actæ vitæ consuetudinem, corruptosque mores emendare, non sine spe veniæ,

f Belarm. lib. 2. de pæn. c. 4 5. & 6. Hosius in conf. Polo. c. 46
g Aug. de vt. lit. pæn. c. 1
h Con. Trid. sess. 14. c. 4. D. Tho. 3. p. q. 86 art. 2. & dist. 17. q. 2. art. 1 in 4. & ibi Magister, & DD.

De partibus pœnitentiæ

Nemo potest nouam vitam incohare quē veteris non pœnituerit

Contritio qd sit, & quid operetur

tos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Tales ergo se exhibeant, vt sciant [a] infirmari cum infirmante, flere cum flente, & condolendi compatiendique calleant disciplinam. [b] Vtantur vino, & oleo, virga furoris, & spiritu mansuetudinis. Dirum Iudicis, & pium Patris ostendant affectum. [c] Arguant obsecrent, increpent moneant in omni patientia, & doctrina secundum vniuscuiusque statum, sexum, & ætatem; nullius peccata palpent, nullius dissimulent, ne sua ipsorum culpa, alienorum delictorum participes, vel quod deterius est, auctores fiant. [d] Omnibus denique omnia facti, nihil prætermittant, quod ad lucrandas Christo animas, secundum sibi datam à Deo scientiam, in ipso iudicauerint expedire.

a Orig. hom. 2. in Psal. 37

b Syn. Botun. in can. de sacra pæn.

c 2. Tim. 4

d 1. Cor. 9

Nihil ab illis prætermittendum, quod ad animas Christo lucrandas possit conducere

Decretũ. 6.

CVm ergo ad ipsorum, tanquam ad Christi pedes, peccator se aduoluerit, & sese signo Crucis munierit, benignissime exceptum, [e] admoneant si opus fuerit, vt Oris habitusque modestiam præseferat. [f] Interrogẽt, an sciat orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & decem Decalogi pręcepta, quæ si ignorare compererint, in spiritu quidem lænitatis, sed tamen verbis durioribus, vt confundatur, arguant quod tot iam annos natus in Christo, adhuc [g] ignoret elementa exordij Sermonum Dei: Hanc ipsam satisfactionem iniungant, vt ad compensandam negligentiam,

Pænitẽtibus humilis modestia suadenda

e Syn. Nuc. in c. de sacr. pænit.

f Syn. Botun. vbi supra Ca fine. de anno 1592. sess. 2 c. 4. decre. 7. A-zor. t. p. insti. moral. lib. 8 c. 8. q. vlt.

g Hebr. 5

intra paucos dies ea addiſcere, & coram eis recitare teneatur; in quo ſi iterum negligens extiterit, abſolutionis beneficium ei [a] nullatenus impendant, donec ſatisfecerit.

Fidei rudimẽta ex praua negligentia ignorãtes nõ abſoluendi

a Tolet. lib. 3 c. 17. nu. 9. Azor. vbi ſupra

Decret. 7.

EXquirant præterea, an [b] dies, & annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ recogitauerit, & conſcientiæ ſuæ [c] latebras diligenter accurateque perquiſierit; an admiſſa ſcelera deteſtetur, & ſatisfaciendi in poſterum habeat voluntatem. [d] Si quos verò quacumque ratione, vel cauſa reſtitutioni obnoxios, aut certè noſtro, vel Vicariorum noſtrorum publico monito pro deperditis, vel ſubtractis rebus indicandis, cum noſſent, non paruiſſe, repererint, ijs niſi actu ſuum impleuerint officium, ac debitò ſatisfecerint, aut niſi facultas de præſenti ſuppetat, ſe quamprimum licuerit, realiter, & cum effectu ſatiſfacturos promiſerint, abſolutionis gratia nullatenus conferatur: [e] Quod ſi ſemel, & iterum datam ſatisfaciendi fidem fefellerint, niſi confeſſarij Iudicio legitimam moræ cauſam afferant, donec rè ipſa læſo quod debent, ac poſſunt ſatisfaciant, & ſi iterum promiſerint, neque minus ipſi abſoluantur.

Quæ item requirenda, quibuſque abſolutionis beneficium denegandum

b Tolet. vbi ſupra n. 7. Caiet. in ſum. v. interrog. Sotus lib. 10. de Iuſt.
c Con. Mog. c. 30. Sal er de anno 1579 tit. 27. c. 10. S. Antonin. 2 p. tit. 2. c. 1. § 11. Sotus lib. 4. de iuſtit. q. 7 art. 4. Cordu. in ſum. q. 68 punt. 1. Tolc. lib. 5. c. 24. nu. 7. Sair. in Claui Reg. lib. 10 tract. 5. c. 5 nu. 30
d Suar. de pœ. diſp. 3. ſect. 2 n. 9. Bonacin: de pœnit. diſp: 97. puncto 4. n. 19: Caie: in ſum: ver: reſtit: c: 6: Nauar: in manu: c: 17: n: 59: Sair: & alij apud ipſum vbi ſupra nu: 27

Decretũ 8.

QVos verò ſemel in anno confiteri ſolitos cognouerint confeſſarij, ſerio hortentur, vt maiori huius ſacramenti frequentia animam expiare ſtudeant; doceantque, ob multa quæ impendent vitæ pericula, nihil ſalutarius eſſe poſſe, quàm ſtatim poſt mortale peccatum admiſſum confiteri

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum ijs, qui ſemel tãtum in anno confitentur

teri;cum turpè profectò sit, si deles in eluendis corporum,aut vestium sordibus, diligentiores esse , quam in diluendis animæ maculis turpissimis. Eosdem verò grauius obiurgent,si vsque ad maiorem hebdomadam, aut quod deterius est, ad ipsam Sanctæ Paschatis Dominicam Sacramentum hoc comperrerint distulisse.Quod si illud omnino per totam eiusdem sanctæ Paschatis Octauam negligere ausi fuerint, contra illos sacrorum [a] Canonum lege, vt supra edicimus procedendum.

Turpe est fideles diligentiores esse in diluendis corporum, aut vestium, quã animæ maculis

a Con. Lateran.sub Inno. 3.in c. omnis vtriusque sexus de pæni. & remiss.

Decretũ.9.

Confessiones autem,præterquam in infirmitatis casu,in [b] Ecclesia solummodo excipi volumus,in confessionalibus ad id deputatis,& more solito constructis,cum fenestrellis ad latera, tabella viminibus contexta,vel ferrea crate ita clausis,vt pœnitens à Confessario videri non possit, possit tamen audiri, in quibus cum indice casuum nobis reseruatorum,etiam Cœnæ Domini Bulla sit affixa. Confessarij vero ibidem residentes, vt Ecclesiarum omnium Magistræ Romanæ Ecclesiæ ritibus reddantur in huius Sacramenti administratione conformes, si regulares fuerint,stolam,si vero sæculares,& stolam & superpelliceum gestare teneantur, easque omnino precationes omnes,breuioribus confessionibus exceptis,ante,& post absolutionis formam adhibeant, quæ in Romano Rituali proponuntur recitandæ.

b Con. Saler. vbi supra c. 7 & 23.Syn.Botun.-in Can. de sacr. pæn. Casin. de anno 1626.sess. 2.c.5.decr.12

De confessionibus in Ecclesia solummodo, & in cõfessionalib. excipiendis

Habeant confessarij apud se indicem casuũ reseruatorum, & bullã in Cœna Domini

Hoc item sacram.in ecclesia administraturi stolã, & cottam deferant

Decret. 10.

a Con. Saler. vbi supra Synod. Bozunt. vbi supra

b Syn. Nucer. in c. de sacra. pœnit.

c Syn. Mogu. c. 29

d D. Tho. in 4 dist. 19. in expos. literæ Nauar. in manuali c. 5. n. 3 & 4. Tole. lib. 3. c. 19. n. 5. de pœn dist. 6. c. qui vult. §. diligens. Conc. Colon. de an. 1536. tit. de admin sacra. c. 35

De mulierum cōfessionibus interdiu solum excipiendis

Dum earundem ægrotantium confessiones audiūtur cubiculi fores patentes sint

Non omnia ab omnibus, sed personæ, ac professionis ratione habita, peccata, ac peccatorum circūstantiæ sunt requirendæ

MVlierum[a] vero confessiones, non nisi ab ortu solis vsque ad occasum volumus audiri, & omnino in confessionali, ita vt mutuo facie ad faciem confessarius, & pænitens mulier nullatenus se respiciant;[b] quarum si quando ægrotantium confessiones erunt audiendæ, curent confessarij, vt cubiculi fores ita patentes sint, vt conspici quidem possint, non tamen audiri; In quibus etiam, tum pueris audiendis, cautè prudenterque, se gerat confessarius, omissis extraneis, & à sacramento alienis collocutionibus. [c] Caueat in primis nè importunis interrogationibus criminis antea ignoti cupiditatem pœnitentium animis ingerat:[d] non enim omnia ab omnibus, sed personæ, ac professionis ratione habita, peccata, & peccatorum circumstantiæ sunt exquirendæ, vt ijs cognitis confessarius more periti, ac prudentissimi medici pro personarum, ac morborum qualitate medicinam valeat temperare.

Decret. 11.

e Conc. Trid. sess. 14. c. 4

f Idem ib dē Con. Laodic. c. 2. Cart. 3. c. 31. Mileuit. c. 33. Turon. sub Car. Mag. c. 23. Cabilo. sub eodem c. 34. Vormac c. 25. Innoc. 1 epist. 1. decr. c. 7. Fęlix 3. in epist. decr. c. 1

In pœnitentijs iniungendis quid seruare debeant confessarij

IN pœnitentijs autem iniungendis,[e] quæ proculdubio magnopere à peccato reuocant, & quasi fræno quodam coercent, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt, ita[f] se gerant confessarij, vt quantum spiritus, ac prudentia suggesserit, pro qualitate culparum, & pœnitentium facultate, ac dispositione eas satisfactiones imponant, quæ non modo præteritorum peccatorum vindictam respiciant, sed maximè Infirmitatis sint medicamentum, & nouæ vitæ custodia; Non

ergo

ergo pro grauissimis delictis læuissima quæque demandent, [a] nec pro omni peccato eandem sententiam ferant, sed singula delicta parua, & magna iudicantes, vnicuique propriam pœnam, secundum Apostolicas Constitutiones, statuant, & cælestem medicum imitati, contraria opponant medicamenta peccatis, itaut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, & elatis præcipiant humilitatem. Rarius autem, vel serius confitentibus, aut in peccata facile recidentibus vtilissimum fuerit consulere, [b] aut certè illud satisfactionis iniungere, vt sæpè, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, & si expediat communicent.

Pro grauissimis delictis leuissima queque non imponenda, sed singula delicta parua, & magna iudicanda

a Clemc. Rõ. lib. 2. Consti. Apost. c. 19.

b Ritu. Rom. de sacr. pæni. Tolet. lib. 3 c. 18. nu. 7

NE etiam quæ sua sunt, [c] non quæ Iesu Christi quærere videantur [d] confessarij; siuè sæculares, siuè regulares illi fuerint, diligentissimè caueant, nè si interdum pecunia in pios vsus eroganda pœnitentes mulctandos esse iudicauerint, eam suis ipsi vsibus addicant, aut si pro missis celebrandis eleemosynæ sint imponendæ, eas sibi præcipuè curent assignandas, sed alteri omnino Sacerdoti, aut etiam Ecclesiæ persoluendas demandent. Immo, nisi aliter occulto pænitente satisfactio fieri possit, [e] nec restitutionum faciendarum onera sibi assumant; Quod si quis Dei timore postposito, decretum hoc violare præsumpserit, præter grauissimas pœnas, si nobis innotuerit, nostro foro per-

Decret. 12. c Philipens. 2 d Con. Saler. vbi supra tit. 27. c. 19. Casinen. de anno 1592. sess. 2. c. 4. decr. 6

d Syn. Nucer. de sacramen. pæn.

Quod pecuniarias satisfactiones pro eleemosinis, aut missis celebrandis confessarij sibi assignandas nõ curent

Nec restitutionum faciẽdarum onera sibi assumant

ro persoluendas, eo ipso absque vlla declaratione audiendarum confessionum facultatem abrogatam illi esse volumus, & pronuntiamus. Vbi verò ipsius Confessarij opera necessaria fuerit, vt restitutio occultè fiat, si quid ille in ea fraudis commiserit, aut illam malitiose distulerit, eandem ipso facto in conscientia pœnam se nouerit incurrisse.

Decret. 13. ET si de Dei optimi maximi benignitate confisi, suasum habeamus nullum vnquam ex confessarijs in nostra Diœcesi approbatis, vel approbandis, eo vsque sceleris progressurũ, vt Sacramentum hoc à Christo Domino in animarum vitam, & salutem institutum, in animarum perniciem, & interitum ipse conuertens, ac immanissimo se sacrilegio adstringens, pœnitentem quempiam ad turpia audeat in eo sollicitare. Pro nostro tamen Pastorali munere, illos, quantum in Domino possumus, non desistimus hortari, vt si quando humani generis hostis, luxuriæ facibus immissis, ad tam immane facinus eos studuerit incitare; grauissima Dei offensa, sacramenti huius dignitate, proximorum scandalo, propriæ animæ salute, atque etiam ipsomet bono in hoc mundo nomine (quod qui negligit crudelis est) sibi propositis, perniciosissimum ignem extinguere, & nequissimi hostis insidias studeant euitare. Quod si illi iniquissima hæc suggerenti (quod Deus auertat) consensum præbere non dubitauerint, ipsorumque scelus ad forum contentio- Contra eos, qui ausi fuerint pœnitentem quempiã in confessione sollicitare

sum

a Pius 4. in bull. quæ incipit. Sicut nuper de an. 1561. Pau. 5. in bull. q incipit Dilecte fili. Gregor. 15. in bul. q incip. Vniuersi Dominici 30. Augu. 1622

sum contigerit deduci, [a] sciant contra ipsos, tanquam contra de hæresi suspectos, sacramentorum Dei temeratores, & damnatos ipsius Ecclesiæ hostes, per sanctæ Inquisitionis officium ad grauissimas pœnas esse procedendum.

Decret. 14.

b De pæn. & remiss. c. omnis. §. caueat Con... ogun. c. 29

c Henriquez in sum. lib. 6 c. 59. Suar de pæn. dispu. 33 sect. 1. n. 2. Nauar. ad c. Sacerdos de pænit. dist. 6 nu. 117. Regin. lib. 3. c. 1. & 2 Sor. in 4. dist. 18. q. 4. art. 5 Toler. lib. 3 c. 16. nu. 6

d Supra c. omnis § caueat

De sigillo confessionis seruando

IIsdem Confessarijs à [b] sacris Canonibus perpetui silentij seuerissima lex est proposita. [c] Cauere ergo omnino debent, ne eandem infringentes, quicquam eorum quæ in confessione audierunt, vllo, vel verbo, vel signo, vel nutu, alioue modo aperiant, aut peccatorem prodant; licet de propriæ vitæ, aut etiam totius Reipublicæ conseruatione agereretur, & salute. Si ergo, quod absit, huius Sacri silentij violatores extiterint; non solum grauissimas veterum [d] Canonum pœnas, sed, & alias nostro arbitrio reseruatas nouerint se daturos.

Quod nec pro propria vita, nec pro totius republicæ conseruatione est frangendum

Decret. 15.

e Pius V. in bull. quæ incipit. supra gregem, Innoc. 3. in Concil. Later. c. 22 in c. cum infirmitas de pæn. & remiss.

Confessarijs, & medicis circa ægrotos quid seruandum.

QVoties, autem ægrotantium confessiones audiri contigerit, teneantur confessarij, etiam irrequisiti, scriptum auditæ confessionis testimonium medicis exhibendum relinquere; quibus etiam medicis Parochi iuxta Pij V. Constitutionem serio edicant, vt ægrotos prius de expianda conscientia admoneant, deinde ad eos tertio ne redeant, nisi peractæ confessionis testificationem exhibuerint; Et ne tam salutare decretum in propriæ animæ, & infirmorum etiam perniciem medici facile prætereant; eandem Pij Quinti Constitutionem in huius ca-

Pij V. circa hoc constitutio semel in anno promulganda

ius capituli calce appositam, quotannis infra missarum solemnia, volumus in prima Dominica Quadragesimæ per Parochos promulgari. Coniunctos vero, & familiares, ac domesticos infirmi in Domino rogamus, vt de infirmitate Parochum certiorem faciant; ac tam Parochus, quam coniuncti, & familiares prædicti, infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant. Parochis autem edicimus nos in Visitationibus de eorum in inuisendis ægrotis charitate, diligentia, & sollicitudine exactius inquisituros, grauissimas ab ipsis pœnas exacturi, si eos minus suo muneri satisfacere nobis compertum fuerit.

De casuum reseruatione

Decret. 16.

POstremo, quia habet Ecclesiæ rationabilis [a] consuetudo, vt ad Christianam disciplinam conseruandam, atque atrociora quædam crimina prohibenda, eorundem cognitionem, & absolutionem, Ordinarij Pastores animarum sibi reseruent, eidem, & nos obsequentes, pro nostra pastorali cura, ad totius populi nostri directionem, & in Dei timore conseruationem, infrascriptos casus nobis reseruandos duximus, prout præsenti decreto reseruamus. Caueant ergo confessarij, siuè sæculares, siuè regulares, ne in alienam messem temere irruentes, ab eis, siuè etiam à criminibus, & censuris in Bulla Cœnæ Domini contentis, alijsue Summo Pontifici, & nobis reseruatis; cuiusuis Priuilegij aut indulti prætextu, quempiam, nisi in mortis articulo, sine eiusdem Summi Pontificis, vel

a Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & can. 11. & colligitur ex Cõ Carta. 3. c. 32 & ex c. latorẽ 33. q. 2. c. qui Episc. de pœn. & remiss. in 6 extraua. & si Dominici la 1. co: tit. extrauag. inter cũctos de priu. Clẽ. 1. eo: tit. D: Tho: in 4 dist: 18. Sotus ibidem q: 2 ar. 5. D: Antonin. 3. p. tit. 17. c. 1. Suar: de pæn: disp: 29. sect: 1. Valentia tom. 4 disp: 7: q: 10 punct: 2: Henriq: lib: 3: c: 14

Nullus sacerdos siue sæcularis, siue regularis à casibus, & censuris reseruatis propria auctoritate sub cuiuscunque priuilegij prætextu quemquam absoluere audeat, vel præsumat

vel nostra facultate respectiue, absoluere praesumant. [a] Si secus fecerint poenas in decreto Sacrae Congregationis Episcoporũ, & regularium contentas, se nouerint incurrisse, Casus autem sunt infrascripti videlicet.

[a] Decr. Congreg. Episc. & Regul. apud Quarant. in v. cas. reser.


1 Blasphemia in Deum, & Beatam Virginem.
2 Maleficium. Diuinatio, & Incantatio cum inuocatione daemonis tacite, vel expresse.
3 Abusus Sacramentorum, & sacramentalium, & ad turpia in confessione sollicitatio.
4 Homicidium voluntarium.
5 Iuramentum falsum in Iudicio legitimo in praeiudicium tertiae personae.
6 Procuratio abortus post fętum animatum, etiam effectu non secuto.
7 Raptus, & abusus mulierum, & stuprum Virginum per vim.
8 Nefandi vitij, & bestialitatis peccata.
9 Incestus in primo, & secundo gradu consanguinitatis, & affinitatis.

Impuberibus vsque ad decimum quartum annum expletum, & mulieribus, quoad carnalia peccata, nulla erit reseruatio.

O CON-

CONSTITVTIO PII PAPAE QVINTI.

CIRCA EA QVAE A MEDICIS in infirmorum curatione sunt obseruanda.



IVS Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriã. Supra gregem, &c. Sane cum infirmitas corporalis nonnunquã ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem sanauerat, Vade noli amplius peccare ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouidè fel. rec. Innocentius Tertius prædecessor noster medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, vt animarum medicos vocent. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus; & hac nostra in perpetuum valitura Cõstitutione statuimus, & decernimus, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant vt Idoneo Confessori omnia peccata

sua

sua iuxta Ritum S.R.E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, vt præmittitur; peccata sua confessi fuerint. Quod si qui medicorum præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in dicta Constitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinæ quo insigniti erant omnino priuentur, & à Collegio, seù Vniuersitate medicorum eijciantur, ac pœna pecuniaria etiam arbitrio ordinariorum vbi deliquerint mulctentur, &c. sub datum Romæ, &c. Anno, &c. inter Constit. Pij Quinti Constit. 4. in Bull. antiquo.

DE SACRAMENTO EXTREmæ Vnctionis.

CAPVT SEXTVM.



a 1. Timot. 2
b Luc. 19
c 1. Tim. vbi supra
d Matth. 16
e Matth. 21

MEdiator [a] Dei, & hominum, qui cum [b] venisset saluum facere quod perierat, dedit [c] semetipsum redemptionem pro omnibus, non solum Iesus, [d] sed & Christus vocari voluit; Illud quidem nomen sortitus, [e] quod ipse saluum facturus

erat populum suum à peccatis eorum: hoc vero, quod cum [a] Rex simul esset [b] & Pontifex, vnctus erat non ab hominibus, sed ab ipso [c] Deo, non confecto Oleo, sed Spiritu Diuino, [d] hanc ipsam Vnctionis gratiam in eos omnes qui eius futuri essent membra diffusurus. Quo circa fideles suos, quos etiam Aeterno Patri Regnum, & [e] Sacerdotes effecit, [f] non solum in baptismate vnxit ad dignitatem, & sacro Chrismate ad robur, & virtutem; verum etiam in mortem inungi voluit ad sanctitatem, vt [g] peccatorum reliquijs expiatis, & ab omni scelere puri, naturæ concedentes, illam demum, ad quam semel destinati fuerant, æternam consequerentur hæreditatem, & in Regno illo ad quod Sacro Baptismate inuncti fuerant, & inaugurati, pace fruerentur sempiterna. [h] Sicut ergo Christus Dominus Baptismi Sacramento aditum nobis ad veram vitam patefecit, ita etiam, vt ex hac mortali vita decedentes, tutiorem, & expeditiorem ad Cælum viam haberemus, extremæ vnctionis, & saluberrimi huius olei instituit Sacramentum; quo tum fideles [i] vterentur, cum & animæ, & corporis vires deficere, & acrior in extremo pugna videretur instare: [l] & si enim continuo calcaneo nostro serpens callidissimus insidietur; vehementius tamen, & grauius fideles oppugnat, & omnes versutiæ suæ neruos, vt eos perdat intendit, cum extremum vitæ diem animaduertit appropinquare. [m] Hoc autem

a Psal. 2. & 71
b Hebr. 10
c Isai. 61
d Theodoret. in Psalm. 26
e Apoc. 1. & 6
f Syn. Botun. in canonibus de Sacramento extremæ vnctionis
g Iacob. 5
h Cathe. Romanus de Sacramento extremæ vnctionis
i Con. Flore. in decr. Eugenij Con. Trident. sess. 14 de extre. vnctio. c. 3
l Trid. vbi supra in proe.
m Catec. Roman. vbi sup.

Christus Dominus vnctionis, & Spiritus Sancti gratiã quam in se habuit in sua etiam mẽbra diffudit

In Baptismo vngimur ad dignitatem, sacro Chrismate ad robur, & virtutem, in morte vero inungimur ad sanctitatem

Sacramẽtum hoc quare institutum, & quando codẽ vtendum

Sacramenti huius effectus

autem Sacramento vires, & arma fidelibus subministrantur, quibus instructi omnia nequissimi hostis ignea tela extinguere, impetum frangere, & illi fortiter in vltimo agone possunt repugnare: [a] Sicut enim oleum ad mitigandos corporis dolores proficit, hilaritatem affert lumini tanquam pabulum prœbet, & defessa membra confirmat; Ita Sacra hęc vnctio, & Sacramenti huius virtus, animæ tristitiam, & dolorem minuit, spirituales animæ vires reficit, Diuinæ bonitatis fiduciam fouet, ac mentem in solida tranquillitate constituit, vt læto animo Domini aduentum expectantes, parati simus depositum nostrum, si illud à nobis repetere voluerit, libenter reddere; ac demum in Domino morientes semper mansuræ vitæ Beatitudine donemur.

[a] Olimpiod. in c.9. Eccles. tom. 1. Bibli. Sanctorum Patrum. Theophilac. Marc. 6

Decretū. 1.

De diligẽtia, & sollicitudine à Parochis in huius sacramenti administratione adhibēda

QVo circa si vnquam in cœterorum sacramentorum administratione alioue Sacerdotali munere Parochi Pietas exigitur, & industria; in eo certe momento, in quo suorũ filiorũ spiritualiũ periclitatur animę salus, & vnde beatitudinis, vel suppliciorum pendet æternitas, adhibenda est singularis; vt si quicquam alio tempore est ab ipsis in suorum fidelium curæ commissum, in hoc extremo vitæ actu reparetur. [b] Itaque solliciti sint Parochi, ne Christi fideles suæ curæ commissi, qui per omnem vitam aduersus peccata, & tentationes occasionesque peccandi, firmissimis aliorum sacramento-

[b] Syn. Botun. in can. de sacra. extremæ vnctionis. Casinc. de anno 1592. sess. 2. c. 5. decret. 1. Naua. in manual. c. 22. nu. 13. in fin.

rum præsidijs se se munire studuerunt, vt ab omni grauiori spiritus incommodo illæsi seruarentur, in vltimo huius nauigationis cursu, salutis aliquod dispendium, aut etiam forsan æternum, quod absit, salutis naufragium patiantur, Morientes per ipsorum negligentiam sine hoc tam oportuno salutarique sacramento,[a] Christianæ vitæ, ac pœnitentiæ consummatiuo. Quod si ipsorum incuria, ac defectu euenerit, grauissimas se nobis pœnas nouerint soluturos.

a Conc. Trid. sess. 14. in princip.

Sacramētum hoc Christianæ vitæ, & Pœnitentiæ est consūmatiuum

Decretū. 2.

b Syn. Augu. c. 20 Botunt. vbi supra

CAuti[b] sint sacerdotes dum accedunt ad vngendum infirmum, qui in exitu vitæ est constitutus, vt nequaquam illum longioribus verbis in præsentis vitæ spem consolentur, sed contra potius cum feruore spiritus à curis, desiderijs, & huius mundi amore ex toto abstrahere, & ad æternæ Beatitudinis, iam in propinquo per Dei Gratiā positæ, intuitum studeant excitare; vt fragilitate naturę superata, & terrenis affectibus calcatis, tanquā[c] ceruus ad fontes aquarū sitiat cum Propheta ad Deum fontem viuum, & cum Apostolo, de[d] corpore mortis huius liberatus,[e] dissolui cupiat, & esse cum Christo.

Quod infirmi in exitu constituti non cōsolandi in in spem vitæ præsentis, sed potius ad æternæ Beatitudinis intuitum sunt excitandi

c Psalm. 41

d Rom. 7.

e Philippe. 1.

Decret. 3.

f c. ab infirmis 26. q. 7 Bellar. de sacra. extremæ vnctionis q. 1. in fin. Catech. Roma. de eodem sacra. Suar. de pæn. disp. 44. sect. 1. nu. 8. Sà. in Aphor. v. extr. vnctio.

AEgrotanti ante extremam vnctionem, ex perpetua Ecclesiæ consuetudine,[f] primo pœnitentiæ, & sacrosanctæ Eucharistiæ sacramenta ministrentur, vt quoad fieri potest, ea omnia tollantur, quæ sacramenti huius gratiam, & effectum possunt impedire; si tamen infirmus aliquis propter stomachi, vel

Quod huic sacramento pænitentiæ, & Eucharistiæ sacramenta, nisi aliud obstet, sunt præmittenda

vel faucium morbum communicari minimè potuerit, confessionis saltem sacramento præmuniatur. Quod si tanta morbi vis ægrotum oppresserit, vt nullius sumendi reliquerit facultatem, hunc etiam sacro Oleo licebit inungi,[a] modo, se sacramenti huius desiderio teneri nutu aliquo, & signo pietatis ostenderit.

a Sotus in 4. dist. 23. q. 2. art. 2. & ibi DD. Naua. in manual. c. 22 nu. 13. Silu. v. extr. vnct. n. 5

Decret. 4

b Catech. Roma. vbi supra circa mediũ Suar. de pœn. disp. 42. sect. 1. nu. 7. Con. Salern. de anno 1579. tit. 22. c. 1

Quod Sacramentum hoc tunc potissimũ ministrari debet, cum ægrotus rõne adhuc, & intellectu viget

ILlud[b] etiam diligenter obseruabit Parochus, vt eo potissimum tempore hanc Cœlestem applicet medicinam, quo is qui sacro oleo liniri debet integra mente, & ratione, religiosam animi voluntatem ad vberiorem Sacramenti huius gratiam percipiendam potest afferre. In cuius administratione preces, ritus, & ea omnia ad vnguem seruet, quæ in Romano Rituali seruanda præscribuntur; aduertens ex eodem, quibus sacramentum hoc sit ministrandum, quibusue denegandum, & quæcumque alia ibidem, tum ante, tum post huius Sacramenti administrationem paranda proponuntur, & aduertenda.

Qui ritus in eiusdem ministratione seruandi

Decret. 5.

c Con. Auen. in c. de sacra. extremæ vnctionis Syn. Nuce. in c. de eod. Syno. S. M. Cauen M. S. de anno 1603. eo: cap.

De Parochi comitatu dũ ad idem ministrandum procedit

SOlus ad Sacramentum hoc ministrandũ Parochus non procedat, sed ipse[c] stola violacea, ac superpelliceo amictus, curet secũ alios Clericos, quotquot poterit, habere superpelliceo similiter indutos; qui ipsum dum ministrat pietate, ac precibus omnique deuotionis studio in eo ministerio adiuuent. Quod si plures habere non potest, vnum saltem Clericum omnino adhibeat comitem, qui, & ipsi Sacramentum deferenti, crucem sine ha-

sta

b Catech. Roman. vbi supra

sta præferat, & ministranti assistat; [a] Omnes vero qui præsentes aderunt, domesticosque præsertim, vt ægrotum in extremo agone colluctantem, Deo suis precibus commendent, moneat, & hortetur.

Domestici, & Parentes hortandi, vt ęgrotum Deo suis precibus cõmendent

Decretũ. 6.

POstremo sacra vnctione peracta, si ægrotus sensuum vsum non ammiserit, ad bene in Domino moriendum disponat, sumptis pro eius captu, & conditione ijs argumentis, quæ tum in Catechismo Romano, tum in alijs pijs libellis, qui fidelium manibus teri solent, copiosè traduntur; nec eum vllatenus, sui muneris, & Officij memor, vsque ad vltimum spiritum deserat, sed eius animam iuxta Ritum, & formam S.R.E. omni qua par est pietate, ac charitate commendet.

De ægroto vsque ad vltimum vitę spiritum per Parochum non deserendo

Decret. 7.

SI verò diuinæ Maiestati beneplacitum fuerit ægroti animam ab huius peregrinationis miseria ad cœlestem patriam euocare, statim iuxta ea quæ in alia [b] Synodo sunt statuta, eiusdem obitus solitis Campanæ signis fidelibus significetur; quoad ei æternam requiem, lucemque perpetuam precandam valeant excitari; Hæc autem cura, tum etiam Campanas tumulationis tempore pulsandi, penes Clericos sit per hebdomadas ab Archipresbyteris distributos; Qui si in hoc, aut in quocunque suo munere obeundo negligentiores extiterint, grauiter per Vicarios nostros in eos edicimus animaduertendum.

De signo dando in obitu fidelium

b Syn. S. M. Cauen. M. S. de anno 1614 c. 14. Casin. de an. 1592. sess. 3. c. 2. decr. 1

Cum

Decret. 8

De Ritu defunctorũ corp. ad Ecclesiam deferendi

CVm autem defuncti corpus ad Ecclesiam erit deferendum, Sacerdotes, & Clerici superpelliceis induti in Ecclesia primo conueniant, indeque ad locum defuncti cruce præeunte recta, & bini incedant, funusque pie psallentes ducant; & in Ecclesia tam diù consistant, donec ex Ritu S.R.E. iusta omnia defuncto fuerint persoluta. [a] Id autem non fiat post solis occasum, nec mane, nisi celebratis iam missis, nec diebus festis dum vespertinæ horæ in Ecclesia persoluuntur. [b] Nullius vero defuncti corpus sepulturæ tradi volumus, nisi duodecim horarum spatio ab ipsius obitu elapso; quod si mors fuerit repentina, & corpus satis validum, viginti quatuor horis inhumatum relinquatur.

a Con. Saler. vbi supra tit. 13. c. 4

b Syn. Nucerina in cap. de sepulturis

Decret. 9.

De ijs qui ab ecclesiastica sepultura sũt arcendi

QVoniam vero, non nulli sunt, qui impiè viuentes, proprijs se flagitijs Ecclesiasticæ sepulturæ honore reddunt indignos; Idcirco iuxta sacrorum Canonum dispositionem ab Ecclesiastica sepultura arcendos edicimus, & pronuntiamus omnes, & quoscunque publice excommunicatos, [c] & denuntiatos; Notorios percussores Clericorum. [d] Ab Ecclesiæ ingressu dum viuerent interdictos. [e] In duello, seu [g] prohibitis torneamentis mortuos [h] Vsurarios manifestos, qui nulla data idonea cautione de alieno restituendo, decesserint. Non baptizatos. [i] In publico peccato, nullo contritionis dato signo, obeuntes [l] Se ipsos ex industria occidentes, [m] modo id non fit ex insania,

c Cap sacris de sepult.
d Clem. 1. de sepult.
e Conc. Trid. sess. 24. c. 19. de refor. Quaran. in v. duellum
f c. felicis, & c. ad audientiam de torneamen.
g c. quia de vsur. & c. squã quam eodem tit. in 6
h c. fures de furtis. & cap. quibus 13. q. 2
i cap. placuit 23. q. 5
l c. ex parte de sepul. & ibi gl.

a c. omnis de pœn. & remis. b Panor. in c. sacris n. 2. Et Maria. Socci. eo. c nu. 157. arg. c. quod . nte. de pœni. & remis. c c. Episcoporum de priu. in 6. gl. in c. is qui de sent. excommuni. in 6. Clem. 1 de sepul.

nia, furore, vel frenesi. [a] Qui demum eo anno Confessi, & Sacra communione ex Ecclesiæ præcepto refecti non fuerint. [b] Quorum omnium corpora, ita longè ab Ecclesia in profano solo tumulentur, vt Clericorum canentium voces inde non valeant exaudiri; Qui secus fecerit pœnis à Sacris [c] Canonibus indictis; & alijs à nobis infligendis se nouerit plectendum.

Decret. 10.

De defunctorum corporibus in electo loco sepeliendis

d l. in conditionibus primum locum l. cum quęst. in fin. C. de legib. §. dispo nat. Auth. de nupt. e c. vltima. 13 q. 2. c. admonemus: c. consideratio. 16 q. 1 f c. nos instituta. c. cum libetum, & c. de vxore. de sepult.

QVæcunque testator in vltima voluntate disposuerit, tanquam leges seruanda esse iura omnia, [d] tum Ciuilia, tum [e] Ecclesiastica statuerunt. Idcirco sepulturæ locum quem defuncti, dum olim viuerent ex peculiari pietate, siuè alia de causa in certa, & determinata ecclesia, siuè sacello sibi statuerunt, eis nolumus denegari. [f] Archipresbyteris ergo, & Parochis omnibus mandamus, vt quoscunque, qui sepulturas huiusmodi elegerint, omnino in electo loco sepeliãt, nec eis illas, quoquomodo prohibere præsumant; solutis tamen eorum iuribus, iuxta sacros [g] canones, etiam si defuncti corpus extra Diœcesim deferri contigerit. De cætero autem sine nostra peculiari licentia, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, nouas sepulturas construì interdicimus, qua etiam obtenta, ea cautio adhibeatur, vt lapideo cooperculo sint munitæ, & solo æquatæ, nec vllo modo sub altari, sed quatuor ad minus palmis procul ab illo effodiantur.

g c. cum super c. certificari, & c. in nostra de sepult.

Nouæ sepulturæ sine particulari licentia non construendæ

Pactio-

Decret. 11

Pactiones pro fidelium funeribus, vel exequijs, seu eorundem delatione, & tumulatione prohibentur

a c. quæsta, & c. præcipiendum. 13. q. 2 cap. abolendæ de sepult.

PActiones vero pro funere, vel exequijs celebrandis, vel defuncti corpore deferẽdo, & tumulando, sicuti omnino, iuxta sacros [a] Canones, interdicimus, ita Ecclesiarum iura, & Parochorum, ac Sacerdotum, & Clericorum, stipendia secundum variam, & laudabilem Terrarum, & oppidorum nostræ ditionis consuetudinem, ijsdem persolui, iuxta eosdem Sacros [b] Canones, omnino volumus, & mandamus. Sacerdotibus etiam prohibentes, sub pœna suspensionis à Diuinis, ne quotam sibi debitam vllo modo defuncti hæredibus dimittant: id enim, & fide dignorum relatione, & experientia comperimus in aliorum, saltem indirectè, cedere detrimentum; dum quatuor, aut quinque cedentibus, Cæteri ne inhumaniores videantur, & ipsi suo etiam Iuri cedere quodammodo coguntur. Solutis ergo prius Ecclesiæ, & Capitulo suis iuribus penes procuratorem ipsius, tum liberum sit cuique quotam quæ sibi contigerit defuncti hæredibus, si libuerit, elargiri.

b c. ad Apostolicam de Simon. glos. in cap. abolendæ vbi supra

Solutis tamẽ Parochorum. & Sacerdotũ Iuribus, iuxta varias terrarum, & oppidorum consuetudines

Decret. 12.

c Syn. c. M. Cauensis M. S. de anno 1603 in c. de sepul. & alia de anno 1614 c 18

De Pauperũ defunctorum corporibus gratis, & Ecclesiarum, seu Capitulorũ impensis tumulandis

QVod [c] si defunctorum ea fuerit inopia, & paupertas, vt eorum superstites, quę pro funeralibus debentur Iura soluere non valeant, gratis omnino, & cereis Ecclesiarum, siuè Capitulorum impensis, duobus ad minus adhibitis, ad Ecclesiam deferri, & tumulari decernimus, & mandamus. Ad quorum etiam delationem Sacerdotes, & Clericos omnes concurrere volumus,

& præcipimus. Quod ſi quis tam pio, ac Religioſo officio adeſſe neglexerit, niſi legitimam abſentiæ cauſam, noſtrorum Vicariorum iudicio probandam, attulerit, ſolitis diſtributionibus, & emolumentis per duos mēſes careat. iuxta ea quæ in alia Synodo ſunt ſtatuta, & eius pars alijs accreſcat. RR. vero Vicarij noſtri contra eos, omni remiſſione excluſa, procedant, quippe qui, & ipſi defunctis pauperibus charitatis officia impendere neglexerūt. Ad tollēdas vero fraudes in caſu p̄dicto, quales vere ſint pauperes, Vicariorū noſtrorum iudicio ſtandum eſſe declaramus.

Pœna Sacerdotum, & clericorū ad eorundē funus non concurrentium

Decret. 13.

a 1. Teſſalo. 4

b Ex c. quam præpoſterum 1. vbicunque, & c. habet fortitan. 13. q. 2

c Con. Tolet. 3. c. 22

De fletibus, & lamentationibus in fidelium obitu coercendis

FIdeles omnes monet Apoſtolus, de [a] dormientibus nolo vos contriſtari ſicuti, & cæteri qui ſpem non habent: [b] Extirpandus ergo prorſus eſt eorum abuſus, ſiuè virorum, ſiuè mulierum qui quæue vlulatu, & fletibus defunctos ſuos Eccleſiam vſque, ethnico quaſi more proſequntur; [c] qui enim diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus ad ſepulchra deferri debent, ſufficiatque eorum propinquis, quod in ſpe Chriſtianæ Reſurrectionis defunctis ſuorum parentum corporibus diuinorum Canticorum impenditur famulatus. Præſenti itaque decreto inuiolabiliter obſeruando ſtatuimus, & mandamus omnibus vtriuſque ſexus ſubditis noſtris, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, vt nullus domus tectum egredi, aut defunctorum corpora cum huiuſmodi lamentationibus


proſe-

prosequi audeat, vel præsumat. Quod si quis, siuè propinquus, siuè extraneus, pias preces effundendo eadem, vsque ad Ecclesiam comitari voluerit, absque clamore, & fletibus huius charitatis impendat officium.

DE SACRAMENTO Ordinis.

CAPVT SEPTIMVM.

Sacerdotium duplex internum, & externum



ET si omnibus adeo commune sit [a] internum illud sacerdotium, quo corpora nostra, [b] hostiam viuentem Sanctam, Deo placentem, rationabili obsequio in odorem suauitatis offerimus; vt priscis quoque sub Mosaica lege [c] Patribus conueniret; non protinus tamen quilibet dispensator [d] Mysteriorum Dei, & Architectus ædificij spiritualis est habendus, nec continuo fidelis quisq; sacro suscepto baptismate, [e] legatione pro Christo fungitur, sed [f] diuisiones ministrationum sunt, deditque [g] Deus quosdam quidem Apostolos, quosdam vero Prophetas, alios Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum, in opus Ministerij, ad ædificationem Corporis Christi. Est ergo à Christo Domino, cuius sponsa Ecclesia eo præci-

a 1. Petri 2. Apocal. 1. & 16 basil. de Bap. ser. 2. c. 8. Raban. de sacra. alt. c. 24 Aug lib. 20. de Ciu. Dei cap. 101 Ambr. l. 4. de sacr. c. 1. S. Leo ser. 3, in anniu. suæ assumpt. Hier. cōn. luciferian. Hosius in confess. Polon. c. 53
b Roman. 5
c Con. Senon. in decr. fid de cre. 10. Exod. 19. & psal. 51
d 1. Cor. 4
e 2. Cor. 5
f 1. Cor. 12
g Ephes. 4. & ibi D. Ambr.

præcipue malignis poteſtatibus eſt terribilis, quod vt [a] Caſtrorum acies ſit ordinata, peculiaris eorum ordo inſtitutus, qui ſacerdotali ſunt munere decorati, quibuſque [b] reconciliationis verbum concreditum eſt, & miniſterium; vt eiuſdem Chriſti Domini, [c] Gloriam gentibus, & fortitudinem populis annuntiantes, ac ſemel in Crucis Ara in remiſſionem peccatorum effuſum Sanguinem æterno Patri offerentes, ſic pro Chriſto capite, & pro Chriſti corpore digna ex officio [d] legatione fungantur; Quo circa tanta eorum eſt dignitas, vt in [e] confinio quodam ſiti Diuinæ humanęque naturæ, inter Deum, & homines [f] mediatores eſſe dicantur, [g] teſtes voluntatis eius, [h] Angeli Domini exercituum, [i] ianuæ Ciuitatis æternæ, pro delictis interceſſores, [l] Cuſtodes legis, ac Doctores pietatis; in quorum lingua peccatorum noſtrorum ſolutio conſiſtit, & nexus. Itaque, [m] cum penè diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione, plures & diuerſi eſſent miniſteriorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deſeruirent, ita diſtributi, vt qui iã Clericali tõſura inſigniti eſſent, ꝑ minores ad maiores ordines aſcẽdẽtes, à Deo tanquam Aaron vocati, ac viſibili ordinationis ſacramento ab Epiſcopo legitimè ordinati, ſummum demum Sacerdotij apicem tenerent; Quo ergo ſacerdotale officium

a Cant. 6

b 2. Cor. 5

c Iſai. 66

d Chriſoſt. lib. 6. de ſacerdo. Anacl. PP. 1. epiſt. decretal. 5. Euariſtẽ Papa 1. epiſt. decretal. 1. ad Epiſcopos per egyptum

e Philo. lib. 2 de Monarch.

f Chriſoſt. de verb. Iſa. homil. 5. Ambr. in orat præpar. ad miſſ. Greg. Naziã. in Apolog. Hugo de S. Victo re lib. 2 p. 3. c. 12. de ſacram.

g D. Clẽ. lib. 2 cõſt. Apoſtol. c. 29

h Malach. 2

i D. Proſp. Aquitan. lib. 2 de vit. contẽplat.

l D. Clem. vbi ſupra c. 3

m Con. Trid ſeſſ. 23. c. 2

Sacerdotes peculiariter à Deo inſtituti vt pro ipſo legatione fungantur

Tanta eſt eorum dignitas vt ſiti eſſe dicantur in confinio diuinæ humanæque naturæ

Mediatores sũt inter Deũ & homines, teſtes diuinæ voluntatis, & ianuæ Ciuitatis æternæ

Conſentaneũ fuit vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures miniſtrorum ordines Sacerdotio ex officio deſeruirent

cium mortalium omnium gradus,& dignitate antecellit, & Officij maiestate, eo etiam ad illud euehendos,& morum honestate, & doctrina, & singulari præ omnibus vitæ conuenit præditos esse sanctitate. Quare ne tanti officij onus nemini temere imponatur, sed ijs solum qui digne illud coram Domino valeant sustinere, infrascripta, non solum circa eos,qui ad sacrum presbyteratus ordinem, sed ad alios etiam inferiores voluerint promoueri,respectiuè,& inuiolabiliter obseruanda edicimus, & pronuntiamus.

Sacerdotale officium mortales omnes gradus digni tat e& officij maiestate antecellit

Decret. 1.

IIs ergo, qui de [a] iure sunt excludendi, ab huius sacramenti susceptione penitus exclusis, tum etiam ijs, quos sæcularis iudicij metu, quæstu, ambitione,aut prauo alio fine ad Ecclesiasticæ vitæ rationem trahi nobis compertum fuerit; eos tantum clericali vitæ deputandos,atque ad ordinum susceptionem per nos dimittendos protestamur, qui [b] sacro iam Chrismate delibuti, atque in fidei rudimentis sufficienter instructi, legere etiam, & scribere scientes, ac in legitima ætate, respectiuè,constituti,propositum habeant,non solum in omnibus Dei gloriam quærere; sed etiam in Clericalis instituti consilio perseuerare,atque in Ecclesiæ ministerio cunctis diebus vitæ suæ in Sanctitate, & Iustitia Domino deseruire.

a Con. Tolet. 1.c 8. & 4. c. 18. c.quicūq; pænitens c. non confidat & c. qui.dist. 50.c.aliquantos c.designata,& c. præterea dist.51. c. admittuntur dist 54. dist. 53.per multa cap c illiteratos dist.36. c. infames 6.q.1 b Con. Trid. sess.23.c.4.de reform.

Ab ordinum susceptione, qui sint excludendi; qui item admittendi

Quod Clericali militiæ adscripti teneantur statim in habitu & tonsura incedere,& propriç ecclesiæ deseruire

Decret. 2

QVi vero præuijs dictis & alijs requisitis ex Cócilio Tridentino, & Sūmorum [c] Pótificum Constitutionibus ad Clerica-

c Pius 2. in bull.q̃ incip. cum ex sacrorū Clem.8.in bull. q̃ incip. Rom. Pont.

ricalē tonſurā,& minores ordines fuerint promoti,[a] teneantur ſtatim in habitu,& tonſura incedere, eique Eccleſiæ cuius ſeruitiò fuerint mancipati,iuxta Vicariorū noſtrorum in partibus diſpoſitionē, in ſuo quiſque ordine deſeruire ;[b] contrafacientes vero, iuxta ea, quæ in alia Synodo[c] ſunt ſtatuta, ſemel, & bis moniti, ſi non paruerint, vltra alias pœnas noſtro arbitrio reſeruatas,nec Clericalibus priuilegijs, & emolumentis, nec ſolitis Franchitijs ſe gauiſuros, immo nec ad vlteriores ordines ſe promouendos ſciant.Circa Clericos vero coniugatos,qui in noſtra Diœceſi adſunt, Bonifacij Papæ Octaui[d] Conſtitutionem ſeruandam edicimus; Qui, & ipſi eatenus ſuis priuilegijs gaudebunt, ſi tamen in Clericali habitu, & tonſura ſemper incedentes, in illius Eccleſiæ, cui ſemel fuerint deſtinati, vero, & perſonali ſeruitio perſeuerauerint.

a Sixtus V. in Bull. quæ incipit. cum ſacratio ſancta

b Con.Calce. 6.in c.nemi nem diſti 70 Trid. ſeſſ. 23 c.16

c Syn.S.M.Cauen.M.S. de anno 1614. ſeſſ.3. c. 8. & 2.c. 10

d Cap. vnico de Cler.coniug.in 6

Circa Clericos coniugatos quid ſeruandum

Decretū.3.

Circa eos autem qui ad maiores ordines erunt promouendi, ea ſeruanda eſſe edicimus,& declaramus,[e] vt qui aliquo maiorum ordinum cupiunt inſigniri, per menſem ante ordinationis diem nos adeant,ſi nō perſonaliter,ſcripto, vel memoriali deſuper porrecto eorum voluntatem expoſituri, quo ea cognita, Parocho aut alteri cui magis expedire iudicauerimus, committi poſſit vt ipſorum nominibus,& deſiderio publicè in Eccleſia Parochiali ipſius ordinandi, diebus feſtis,intra miſſarum ſolemnia propoſitis, de ipſo-

e Trid. vbi ſupra c. 5

De ijs qui ad maiores ordines ſunt promouendi

De ipſorū ætati bu ætate

ipsorum ordinandorum [a] Natalibus, ætate, moribus, & redditibus beneficij, vel Patrimonij à fide dignis diligenter inquirat, nosque de his omnibus fideliter faciat certiores.

re, moribus, & redditibus beneficij, vel Patrimonij, diligens inquisitio facienda

Decret. 4

REdditus tamen siuè Laicales, siuè Ecclesiastici pacificè obtinendi, ab ijs qui ad sacros ordines voluerint promoueri, vt Clericalis ordo in suo loco habeatur, neue Christi ministri óstiatim stipem mendicare cogantur, iuxta ea quæ in alia [b] Synodo sunt statuta, tales sint, q. ad minus ducatorũ viginti quatuor summã attingãt. [c] Quos etiam, vt cautius procedatur, publico instrumento per spiritualis Curiæ nostræ Notarios conficiendo, ac fide dignorum testium depositione suffulto, probatos esse volumus. Ordinem vero suscepturus, [d] iuret se bona illa non alienaturum, vel quoquo pacto obligaturum, sine nostro, consensu, non concedendo, nisi constito prius, quod possit aliundè commode viuere. Quod si in dicto Patrimonio testificando fictio aliqua vel simulata pactio interuenerit, Laici ab ingressu Ecclesiæ sint ipso facto interdicti: Promotus verò, ab executione suscepti ordinis suspensus, & ad alios suscipiendos inhabilis.

b Vbi supra c. 8

c Syn. Cassin. de anno 1626 sess. 2. c. 7. decre. 9

d Con. Senõ in decr morũ. vbi sup. Syn. Nucer. in eadem Sacram. ordi. e Trid. sess. 21 de refor. c. 2

Quod redditus, siue laicales, siue ecclesiastici, pacifice obtinendi à promouendis ad sacros ordines, publico instrumento doceri debeant

Ordinem suscepturus iuret se bona ad quorum titulum est ordinatus, nõ alienaturum, vel quoquo pacto obligaturum sine Ordinarij cõsensu

Decret. 5.

HIs ergo omnibus præmissis, tum demum promouendos ad Doctrinæ examen admitti debere decernimus. In quo nostrorum Synodalium examinatorum, conscientias oneramus, illud in memoriam eis reuocantes, ex sacrorum canonum dispositione,

Ad maiores ordines promouẽdi quales esse debeant, & de eorum circa doctrinam examine

a Con. Tolet. 8. c. 8

b cap. non cōfidat. dist. 50 cap. priscis, & c. non confidat. dist. 25. c. præcipimus dist. 34. c. illiteratos dist. 36

illos tantum ad diuina mysteria tractanda admittendos, quos non solum [a] morum innocentia, sed [b] literarum maximè splendor reddit illustres. Quod si in eorum munere obeundo, Dei timore postposito, periuri, & personarum acceptores effecti indignos admiserint, vel dignos respuerint, grauissimam se nouerint de tali culpa in extremi examinis Die æquissimo Iudici Deo rationem reddituros. Ad subdiaconatus autem ordinem ascensuros, tum circa ea quæ diuini officij recitationem, cuius lege mox tenebuntur, ac proprij ordinis exequtionem, tum circa ea quæ literarum peritiam concernunt districtius volumus examinari. Cum enim per susceptum illum ordinem in Clericali vita permanendi necessitas subeatur, ij tantum erunt admittendi, quos scientiæ spes altioribus ordinibus dignos reddat, ne postea propter ignorantiam ab illis repulsi, in desperationem inducti, & cum eorum dedecore, cogantur in eodem ordine perpetuo permanere, circa quæ etiam ad Diaconatum promouendos eo diligentius, & exactius, quo prius ad Sacerdotale ministerium accedunt, volumus examinari. Semel vero à quocunque ordine propter literarum insufficientiam repulsos, non nisi post annum iterum ad examen admittendos esse decernimus.

De promouendis ad Diaconatum, & subdiaconatum

Semel repulsus non nisi post annum ad examē est admittendus

Decretū. 6

b D. Greg. in epist. ad Siagrium lib. 7 c. 110

De promouendis ad presbyteratum, quales esse, & q posse debeant

QVi verò ad Presbyteratus ordinem cæterorum fastigium erunt assumendi, [c] prius vires suas cum hoc quod

sunt

sunt subituri onere metiantur, vt si impares se repererint, abstineant, & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimant, accedant. Ij[a] ergo sint qui non modo in Diaconatus Ministerio ad minus annum integrum pie, & fideliter versati fuerint, sed et ad[b] populũ docendum ea quæ scire omnibus necessariũ est ad salutem, & administranda sacramenta, diligenti examine idonei fuerint comprobati; atque ita pietate, & castis moribus præcæteris sint conspicui, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab ijs possint expectari.

a Conc. Trid. sess. 23. c. 14

b Con. Tolet. 4. c. 24

Decret. 7.

QVi dimissoriales licteras à nobis obtinuerit, vt à quocunque Reuerendissimo Antistite ex nostra electione destinando, possit quocunque maiori, vel minori ordine initiari; si proximo quatuor temporum Sabbato, vel sua incuria, vel alia de causa non fuerit illis initiatus, non audeat cũ ijsdem dimissorijs, ad eundem effectum è Diœcesi nostra alias exire, nisi nouis obtentis. Si secus fuerit factum, ordinatus donec absolutionem à nobis desuper obtinuerit, sit ipso facto à suscepti ordinis, & à præcedentium etiam executione suspensus: Eandem pœnam, & alias grauiores ad libitum subituri, qui ex nostra Diœcesi, absque [c] literis dimissorialibus nostris, vel testimonialibus ad quemcunque Episcopum pro ordinibus suscipiendis ausus fuerit se conferre.

Dimissorialibus literis obtentis, si ordinatio proximis quatuor tẽporibus nõ fuerit subsequuta, nouæ requirendæ

Pœna eorum qui ausi fuerint absque dimissorialibus literis nostris ad quemcunque Episcopum pro ordinibus suscipiendis se conferre

c Con. Calc. c. 20. Sardice. cap. 18. & 19. Cartag. 1. c. 5 & 3. c. 21. Aruer. c. 10. Bracar. 1. c. 26. Aurelian. V. c. 5 Arelat. 2. c. 13 Antiochen. c. 22. Trid. sess. 14. c. 3. de sacrm.

DE SACRAMENTO *Matrimonij*.

CAPUT OCTAVUM.

a 2.Reg.c. 14

b Iacob.4

c D. Ambros. lib 1.de virgi nibus
d Matth.19.1 Corint.7. D. Augu. de nupt.& concup. lib.1.c.10. de cl.Euge .4. in Con. Floren.
e Genes. 2
f Con. Colo. de anno 1539 tit.de admin. sacr.c.41.Syn. Mogun. c. 36
g Genes. 2
h 1.Corin.3
i Matth 19 D. Ambr. in c.5.ep.ad Efesi.D.Augu.de Genes ad literam lib.9. c.7 & lib. de bono coniugal, c.24.Leo epi. 92.c.ad Abolendam de hæret. Conc. Trid. sess. 24 can. 9. & in doctrina de hoc sacr.
l Ioan. 2
m Ephes. 5



Omnes [a] morimur, & quasi aquę dilabimur in Terram, quæ amplius non reuertuntur: [b] vita enim nostra vapor est ad modicum parēs, & deinceps exterminabitur. Quo circa [c] duratura in sæculum ætas succedere non posset ætati, breuique defuturi essent, qui nati mundo, felicius renascerentur in Christo, nisi Sanctum Matrimonium [d] perpetuo coniugij fœdere ad propagandam successione continua per generationem filiorum humanam sobolem, Deus Benedictus inter Masculum, & Fœminam [e] celebrari voluisset, [f] Quod quidem ab initio, & mundi origine naturæ offitium, & humanitatis [g] solatium; postmodum legis obsequium, [h] & concupiscentiæ remedium; Demum vero ex Euangelio Ecclesiæ Sacramentum est [i] institutum, ac primo, eoque insigni miraculo, à Christo Domino eius auctore, & institutore [l] decoratum. Sacramentum autem hoc magnum in Christo Sponso, & Ecclesia sponsa, ab [m] Apostolo esse dicitur quod non solum maximæ illius vnionis sit signum

Sacramētum hoc quare institutum.

Matrimoniū ab initio fuit naturæ offitium postea concupiscentię remediū, Demum Ecclesiæ Sacramentum à Christo Domino est institutum

Quare sacramentum hoc magnum esse dicatur

a D.Chrisost. homil. 20. in Gen. Origen. tract. 7. in Math. Cirill. Alexādrinus lib. 2. in Io: c. 22

signum,[a] qua Christus Dominus in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, adhæsit sponsæ suæ Ecclesiæ; quam sibi in misericordia, & miserationibus desponsauit, & non maculam, neque rugam habentem, ac gloriosam exhibuit; Verum illius etiam, qua viuens Christus, cum viuente Ecclesia nullo est vnquam diuortio separandus; Cuius arctissimæ, & æternum duraturæ necessitudinis mysterium, hac potissimum Maris, ac fœminæ sancta, per hoc Sacramentum, coniunctione declaratur;[b] Cuius etiam virtute illud efficitur, vt vir, & vxor mutuæ charitatis vinculo coniuncti, alter in alterius beneuolentia conquiescat, alienosque & illicitos amores non quærat, sed peculiari Spiritus Sancti dono accepto, firmiores reddantur ad perpetuam, in sancta Charitate, concordiam, robustiores ad tolleranda pariter vitæ huius incommoda, ac demum ad sobolem pijs moribus educandam instructiores.

b Catech. Rō. de sacr. matr.

Sacramenti huius effectus

Decret. 1.

De instruendis fidelibus coniugandis circa huius sacramenti præstantiam, & quo affectu ad illud sit accedendum

VT autem hæc omnia facilius matrimonio iungendi fideles consequantur; Parochi munus erit eosdem docere, quanta sit huius Sacramenti dignitas, & præstantia, quo nempe Deo auctore copulantur: & si enim Sacerdotis sit in benedicendo ministerium, ipse tamen Deus est, qui nexu quodam indissolubili iungit, iuxta illud, quod scriptū est.[c] Quod Deus coniunxit Homo non separet. Instruat etiam eosdem, non alijs ex causis contrahendum matrimonium, q̄ propter sanctam

c Matth. 19

a Genes. 2
b Tob. 8. 1. Timot. 1
c 1. Cor. 7
d Tob. 8

ctam [a] societatem, [b] Religiosæ posteritatis amorem, ac [c] fornicationis odium, & detestationem, vt dicere possit vxorem ducturus cum Sancto Tobia. [d] Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione in qua nomen tuum benedicatur in sæcula.

Quibus præcipuè de causis ineũdum Matrimoniũ

Decret. 2.

IN huius autem sacramenti administratione, Parochi ne minimum quidem à Concilij Tridentini salutaribus decretis vnquam discedant, & ea in primis præstent, quæ cap. 1. sess. 24. Sanctissimè sunt sancita; quod caput in huius Sessionis calce reponendum duximus, tum ad ipsorum Parochorum commoditatem, tum, vt [e] bis in anno diebus festis inter missarum solemnia, vulgari sermone fidelibus euulgetur, vt inde omnes intelligant Matrimonia Clandestina Sacris [f] Canonibus damnata, nulla, & irrita omnino esse, & carnalem copulam, etiam maritali affectu sequtam, matrimonij rationem non habere.

De obseruandis ijs, quæ per S.C.Trid. circa hoc Sacramẽtũ sunt statuta

e Con. Saler. de anno 1579 tit. 31. cap. 1. Syn. Nucc. in c. de sacram. Matrim.

f cap. nostrates. c. nullus c. aliter, & c. nullu 30. q. 5

Decret. 3.

g 1. Cor. 14.
h Con. Colo. de anno 1536 tit. de adm. sacra. c. 44. & aliud sub Adolph. de anno 1549. in 6. med. reform. c sit sæpe &c. Syn. Augu. c. 21. & Mugũt. c. 38. Syn. Casine. de anno 1592. sess. 2. c. 8. decr. 2.

VT ergo [g] omnia honeste, & secundum ordinem fiant; matrimonia ipsa, & contractus matrimoniorum, [h] triplex denũtiatio omnino præcedat, sine Vicariorum nostrorũ licentia numero non minores, eeque fiant, diebus festis tribus continuis intra missarũ solemnia, in Parochia tum viri, tum Mulieris, si diuersarum fuerint Parochiarum, nec vllatenus, ante contracta sponsalia, & non nisi de consensu, & commissione sponsorum, aut eorum

De denunciationibus præmittendis

Nõ fiant nisi de sponsorũ, aut eorum parentum consensu

rum

rum parentum, vel superiorum, vt sic melius de ipsorum consensu constare posit, [a] immo si vir, & mulier diuersarum fuerint Parochiarum non præsumat Parochus ad denuntiationes in propria Ecclesia faciendas procedere, nisi prius per alterum Parochum legitime sibi constet de denuntiatione similiter in sua Ecclesia facienda; [b] quod si propter denuntiationes prædictas matrimonium facile impediri posse verisimile videbitur, aut certe impedimentum aliquod fuerit cognitum, nobis, vel Vicarijs nostris in partibus respectiue significari volumus, vt iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta posit prouideri. Si quis verò falsum impedimentum malitiose afferre præsumpserit eo ipso excommunicationis vinculo præsentis decreti vigore se nouerit innodatum.

a Con. Colo. sub Adolph, vbi supr. Syn. Nuc. vbi sup.

b Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 1.

Pœna falsum impedimētū malitiose offerentium

Decret. 4.

Denuntiationibus verò iuxta Sacri Concilij Tridentini præscriptum expletis, si [c] duorum mensium spatium elapsum fuerit, intra quod matrimonium non fuerit contractum, iterum fiant denuntiationes ab eodem Sacro Concilio præscriptæ, nisi aliter à nobis, vel Vicarijs nostris fuerit concessum. Et quo die postrema facta fuerit denuntiatio eodem Parochus sine nostra, vel eorundem Vicariorum respectiuè licentia, sponsos Matrimonio solemniter iungere nō præsumat nisi forte aduentus, aut Quadragesimæ initium subsequatur. Quo casu Populum in secunda denunciatione præmoneat eodem die

c Syn. Casin. de anno 1626 sess 2. c. 8. decr. 5. Syn. Nuc. vbi supra

Si duorū mensiū spatiū post denunciationes factas fuerit elapsū, nec matrimoniū subsequutum, iterum faciēdæ. Nec vltimo die 3. denunciationis matrimoniū ineundum

die tertiæ denuntiationis Sacramentum esse celebrandum, ad hoc, vt si quis impedimentum aliquod nouerit maturè patefaciat.

Decret. 5.

a Con. Auen. in c. de sacra. matr. Colon. de anno 1536 tit. de adm. sacr. c. 45. Con. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 7

b Con. Saler. de anno 1579 tit. 3 1. c. 17

De ignotis, externis, & viduis sine magna cautela ad hoc sacramentum non admittendis

CAueant autem Parochi ne [a] ignotos, aduenas, incertis vagantes sedibus, aut ex aliena Diœcesi propinqua, vel longinqua ad matrimonia contrahenda admittant, aut illis intersint, nisi prius diligenti inquisitione facta, aut re nobis, vel Vicarijs nostris delata, facultatem in scriptis id faciendi obtinuerint; [b] Viduas etiam ad secunda vota transire non permittant, nisi constito prius coram nobis, vel Vicarijs nostris, vt supra, de obitu prioris coniugis, quod præsertim seruandum esse decernimus, & mandamus circa eas, quarum coniuges extra nostram Diœcesim fuerint defuncti. Si secus fuerit factũ, tam Parochus, quam ipsi contrahentes grauissimas arbitrio nostro pœnas dabunt.

Decret. 6.

Quid seruandum si sponsi diuersarum sint Parochiarum

MAtrimonio celebrando non ante intersit Parochus, quam ab altero, si sponsi in diuersis Parochijs habitent, scriptũ habuerit testimonium, trinas denuntiationes factas, nullumque detectum fuisse impedimentum. Neque etiam celebretur nisi matutino tempore, diebus à Iure permissis, adhibitis ritibus, & Ceremonijs in Romano Missali, & Rituali præscriptis, & in [c] Ecclesia, ita vt statim Sacerdotalis benedictio subsequatur, exclusis ijs, qui eo anno confessi, & sacra communione refecti non fuerint; ad quorum Sacramentorum susceptionem ipsos coniuges,

c Con. Colo. sub Adolph. in c. superbiã, & aliud de anno 1536. tit. de admin. sacr. c. 44. Co. Auen. in c. de sacr. matrim. Syn. Augus. c. 31

Vbi, quo Ritu, & tempore matrimonium celebrandum

Ab eo contrahendo, qui excludendi

quan-

a Con. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matrimon.
b Tob. 8
c Syn. Botun. in Canon. de Sacr. matrim.

quantū possumus, hortamur [a] in Domino, vt prius [b] cum ipso quam ad mulierem vniantur. Eos [c] etiam ab incundo matrimonio excludimus, qui orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolū Apostolorum, & decem decalogi præcepta ignorauerint, donec hæc omnia memoriæ commendauerint. Extra Ecclesiam autem, nisi de nostra, vel Vicariorum nostrorum licentia, Sacramentum hoc celebrari omnino interdicimus & prohibemus. Quod si ea obtenta, matrimonium extra illam celebrari contigerit, nec statim Sacerdotalis benedictio fuerit subsequta, vltra mensem, sub pœna vnciarum quinque, nostro arbitrio locis pijs applicandarum nullatenus differatur.

Pœna sacerdotalem benedictionem vltra mẽsem differentium

Decretū. 7

QVia demum multorum procacitas, & incontinentia vsque adeo inualuit, vt ante sacerdotalem benedictionem, & matrimonium in facie Ecclesiæ contractum non vereantur rem simul habere, & cum maximo etiam piorum scandalo simul inhabitare, vt huic malo occurratur sub excommunicationis pœna, & alijs grauioribus nostro arbitrio præcipimus, ac mandamus, ne sponsi vllam ob causam sam, quantumuis honestam, simul inhabitare audeant, vel præsumant.

Ante matrim. in facie Ecclesiæ contractum cohabitatio sponsis interdicitur

R DE-

DECRETVM S. CONCIL. TRID.

DE REFORM. MATRIMON.

Seß. 24. Cap. 1.



Ametsi dubitandum non est Clandestina Matrimonia, libero contrahentium consẽsu facta, rata, & vera esse Matrimonia, quandiu Ecclesia irrita ea non fecit, & proinde iure damnãdi sint illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnati, qui ea vera, ac rata esse negant, quique falso affirmant matrimonia à filijs familias sine consensu Parentum cotracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Nihilominus Sancta Ecclesia ex iustißimis causis illa semper detestata est atque prohibuit. Verum cum Sancta Synodus animaduertat; prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodesse, & grauia peccata perpendat, quæ ex eisdem Clandestinis coniugijs ortum habent; præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant relicta, cum alia palam contrahũt & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quæ de occultis non

iudicat, succurri non possit: nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur. Idcirco Sacri Lateranensis Concilij sub Innocentio 3. celebrati vestigijs inhærendo, præcipit, vt in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahētium Parocho, tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum Sollemnia, publicè denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad Celebrationem Matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuscuiusque Prouinciç ritum; Quod si aliquando probabilis fuerit suspitio, Matrimonium malitiose impediri posse si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consumationem, denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impędimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & Iudicio Sancta Synodus relinquit.

Qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordina-

rij licentia,& duobus, vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos,& nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat.

Insuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes qui sine Parocho, vel Sacerdote, huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit.

Præterea eadem Sancta Synodus, hortatur, vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri; neque à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi posse, quacunque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstante. Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, siue Regularis, siue Sęcularis sit; etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso Iure tandiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo

benedictio suscipienda erat, absoluatur.

Postremo Sancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonij consumationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad Sanctissimum Eucharistiæ Samentum pie accedant. Si quę &c.



SY-

SYNODI DIOECESANAE SACRI MONASTERII CAVENSIS.


SESSIO TERTIA.

Celebrata

In Ecclesia Cathedrali eiusdem Sacri Monasterij die Decimo Octauo Mensis Decembris Anno M. DC. XXVIII.

DE SACRO SANCTIS ECCLESIIS Earum bonis, & Rerum Sacrarum Custodia.

CAPVT PRIMVM.



a Psal. 95. & 144

MAgnus [a] Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Quæ ergo Domus illi poterit ædificari qui [b] cum excelsus sit, non in manufactis habitat, qui appendit tribus dignis molem terræ, cui Cælum [c] sedes est Terra autem Scabellum pedum ipsius? Complauit tamen Maiestatis eius summæ in nos bonitati, manufacta templa in quibus peculiari-

b Actor. 7. & 17

c Isa. 40

Manerent ipse habitaret, & coleretur sibi ædifi-
cari, in quibus, & nos [a] puras manus in ora-
tione leuantes, & [b] corda nostra effundentes,
ipse vicissim præsto nobis, & facilior esset ad
salutem. Et si enim, sicut [c] omni tempore,
ita, & in [d] omni loco, & possit, & debeat Do-
minus exorari, qui vbique propè est omni-
bus inuocantibus eum in veritate; sic tamen
vt in Ecclesia [e] non potest, vbi oculi eius aper
ti, & aures eius sunt intentæ, vt die, ac nocte
seruorum suorum preces exaudiat; vbi [g] quod
singulis petentibus forte esset negaturus, mul-
torum simul precantium tribuit vnanimita-
ti. Est ergo Ecclesia vere sanctuarium Dei, &
admirabile Tabernaculum, quod sibi sancti-
ficauit Altissimus, & suæ Gloria, Maiestatis
impleuit, Domus Domini, & Domus oratio-
nis, ipsi Domino separata, dicata, & benedi-
cta, vt propterea non solum excellentia qua-
dam [h] Dominica appelletur; sed Ciuitas etiam
Regis æterni, mons coagulatus, Murus, &
Turris, Hortus conclusus, & Fons signatus,
Fons inquam ille signatus signo Dei viui,
vnde riui latissimi gratiarum, & flumina
exeunt aquæ viuæ, quæ irrigant, & inebriāt,
& geminare faciunt vniuersam terræ superfi-
ciem, vsque adeo, vt non solum efflorescen-
tes arbores ad maturitatis fructum deueniāt,
sed, & sæpe ligna arida, & pœnæ emortua in
salutis æternæ spem viuam reuiuiscant. Hor-
tandi sunt ergo fideles, vt ad tantarum gra-
tiarum fluenta haurienda, frequenter, & ala-
criter

a 1. Timot. 2.
b Psal. 61.
c Luc. 18.
d 1. Tim. 2.
e Chrisost. ad Popul. Antioch. homil. 70. & de incompræhensibili Dei natura hom. 3. Basil. de Baptismo ser. 2. c. 8.
f 3. Reg. 8.
g Tertul. in Apologetico c. 19. Ambro. lib. 5. in Luc. Chrisost. homil. 4. in 2. ad Tessalon.
h Cipr. serm. de eleemosy. Syn. Botun. in ser. de sacrosanct. eccles.

Tamen fidelium preces facilius exaudiuntur in ecclesia

Vbi quod singulis precantibus forte denegaretur à Domino, multorum simul precantium tribuitur vnanimitati.

criter in domo Domini conueniant, eaque animi pietate, ac reuerentia in ipsa versentur, quam, & Christi Domini qui in ea adoratur, & colitur, maiestas exigit, & Christiana pietas postulat, ac requirit; quo sic ex hac militanti Ecclesia ad illam demum triumphantem, quæ est primogenitorum descriptorum in Cœlis, valeant peruenire.

Decret. 1.

De reuerẽtia Ecclesijs habenda, & recta in ijsdem conuersandi ratione

Licet ergo oculi Dei in omni loco contemplentur bonos & malos, tamen quicunque ingreditur Ecclesiam, velut thalamum, & conclaue Dei, aditumque sacrum, & separatum ipsi Deo; quam diligentissimè hoc vnum animo versare debet, vt nihil ibi cõmittat quod displicere, nihil omittat quod tantæ Maiestati placere possit: Si enim super eos, qui extra Ecclesiam delinquunt Iudex est futurus, haud dubie contra eos, qui in illa, quasi in oculis ipsius peccauerint, vindex erit acerrimus. Procul ergo ab ipsa sint, [a] nugæ, deambulationes, rixæ, Risus, Prophana colloquia, impudici aspectus, [b] negotiationes & sæcularia iudicia, contractus omnes [c] prçter mãtrimoniales, & quicquid speciem habet criminis, turpitudinis, & irreuerentiæ. Contrafacientibus, præter alias nostro foro, & arbitrio reseruatas, ea sit pœna, quam Propheta comminatur. Qui in [d] Terra sanctorum iniqua gesserit non videbit gloriam Domini.

Quicquid speciẽ habet criminis, turpitudinis, & irreuerentiæ, ab ecclesia arcendum

a Con. Antisiod. c. 9. Turonen. sub Carol. Mag. c. 38 Salegunstad. c. 9. Pius V in constitu. quæ incip. cũ primum
b Conc. Constantinopol. 3 can. 76. & cã. 1. in additis. Turonen vbi supra c. 39. Mogun. de anno 813. c. 40 Arelat. 3 c 22
c decret. de immu. eccl. in 6. c Syn. Botun. in ser. de sacro sanct. ecclesi.
d Isai. 26

Decret. 2.

Quod in Ecclesijs tãquã in horreis frumẽta, & fumi

Vt autem eorum irreligiositati, & irreuerentiæ occurratur, qui quasi Dei Ec-

S clesiam

clesiam contemnentes, [a] in ijsdem tanquam in horreis frumenta, legumina, & huius generis similia reponunt, aut reponi permittũt; Sub grauissimis pœnis nostro arbitrio reseruatis, præcipimus omnibus Archipresbyteris, & Parochis, ne supradicta vlterius audeant, vel permittant.[b] Sed oratorium, & Ecclesia hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam condatur, quod diuinis ministerijs non conueniat. Seruentur etiam Ecclesiæ bene clausæ, pauimento stratæ, & tectæ, vt bestijs, auibus, & pluuiarum incommodis patere non possint. Curent etiam Archipresbyteri, vt omnino albæ, mundæ, & decenter sint ornatæ, nec earum fores vlli nocturno tempore pateant; Sed illucescente tantum die aperiantur, aduesperascente claudantur, nec quemquam in illis sub grauissimis pœnis permittant pernoctare.

a Syn. Casin. de anno .592 sess. 2. c. 1. decr. 1. Syn. Tropeen. p. 1. tit. 4. c. relinqui de custodia. Euch.

b Sanctissimus Pater Benedictus in Reg. c. 52. in c. oratorium disti. 42

lia non reponuantur

Ecclesiarum fores nulli nocturno tẽpore patere, nec quisque in illis pernoctare debet

Decret. 3.

ALtaria etiam [c] propitiatoria Diuinæ Maiestatis, gazophilacia thesaurorum Christi, [d] & sedes Corporis, & Sanguinis eius, in quibus [e] sanctorum reliquiæ reconduntur, & preces, ac vota populi in conspectu Altissimi à Dei Sacerdotibus offeruntur, omni quo decet cultu, & veneratione custodiantur, mundissimisque linteis, & pallijs, quantum fieri potest currenti festo conuenientibus, diligentissime cooperiantur, à puluere etiam, & omni sorde ac immunditijs expurgentur: [f] absurdum enim est in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in propha-

c Syn. Rotun. sec. de diuin. altarib.
d Optatus li. 5. c. 5. de sacramentis.
e Con. Remẽse apud Burchar. lib. 3. c. 97
f c. relinqui de custod. Eucharist.

De sacrosanctis altaribus & eorum cultu

Absurdū est in sacris sordes negligere quæ dedecẽt etiam in prophanis

prophanis. Et nihil demum super eis ponatur, nisi sanctorum sanctorum reliquiæ, cruces, & sacræ imagines, quæ fidelem populum ad Religionis, ac pietatis cultum aptæ sint promouere.

Decret. 4

IPsius [a] vero Sacri altaris vasa, ad Salomonis, & sanctorum Patrum exemplum, qui [b] Domus Domini vasa ex auro, & argento fabricata, diuino cultui manciparunt, sacris etiam [c] Canonibus inhærentes, statuimus iuxta Ecclesiarum facultatem, melioris quæ fieri poterit, conditionis esse debere; Calices quidem, & patenas omnino argenteas deauratas, candelabra ex aurichalco, vel si lignea erunt, inaurata, aut ad minus decenter, & ornate picta. [d] Sacerdotales preterea vestes, pallæ, corporalia, aliaque ad Altaris Ministerium necessaria, & numero sufficientia sint, [e] & eo decore, ac diligentia seruentur; quam, & tanti sacrificij Maiestas exigit, & Christiana pietas postulat, ac requirit.

De sacris vasis. & eorum qualitate

Sacerdotales vestes, & alia ad altaris ministeriũ qualiter seruari debeant

a Con. Oxon. c. 7.
b 2. Paralipe. 29
c c. vasa, & c. vt calix dist. 1. Con. Remẽ. se apud Burchar. lib. 3. c. 96
d Cap. relinqui de custo. Eucharist.
e Steph. Pap. in ep. decr. 1. cap. 3

Decret. 5.

ET quoniam [f] quæ semel Deo sunt dicata amplius ad humanos vsus transferri non debent, idcirco præsenti decreto districtius prohibemus iuxta Sacros [g] Canones, ne quis Archipresbyter, Parochus, vel alius Sacerdos, quouis prætextu, vel causa, Calices, Patenas, aliaque Ecclesiastica vasa, vestimenta sacerdotalia, libros ecclesiasticos, paramenta quæcunque, & alia quæ ad vsum, & cultum diuinum semel sunt consecrata, Laicis quibuscunque, sub interdicti pœ-

De sacris vestibus, & vasis, Laicis nõ mutuand. s. nec ab ijsdẽ contrectãdis.

f Regula semel. de reg. iur. n. 6
g Cap. ad nuptiarum & c. vestimẽta de consecr. dist. 1. Conc. Bracar. 3. c. 2

na,& alijs arbitrarijs, mutuare præsumat; Immo nec eos sacra vasa tangere permittat, quę iuxta sacros [a] Canones, non nisi à sacratis, Dominoque dicatis hominibus sunt contrectanda.

a c. in sancta de cõsec. dist. 1. Con. Agat. c. 66. Romanũ sub Siluest. c. 9. Bracaren. 1 c. 28

Decretũ 6.

De Decimis soluendis

DEcimas [b] à Populo Sacerdotibus, ac leuitis esse reddendas, & olim [c] diuinæ legis fuit authoritate sancitum, & [d] continuo etiam Ecclesiastico, & Canonico iure seruatum. Quo factum est vt pij viri, ac Deum timentes [e] ipso initio nascentis Ecclesiæ non modo frugum primitias, ac Decimas Ecclesiæ ministris offerrent, [f] sed multa præterea electa, & optima quæque, sponte Domum Domini importarent. Quo circa ferendi non sunt, qui eas vel elargiri differunt, vel vt suas occupant, vel omnino soluere recusant. Huic ergo malo, vt occurratur, sub pœna excommunicationis, præcipimus omnibus, & singulis, ad quos talis decimarum solutio spectat, vt eas ad quas de iure, vel consuetudine tenentur de terrarum fructibus cunctisque frugibus, singulis Ecclesijs, & Personis, quibus legitimè debentur, integre persoluant; nec solutionem amplius quam par est differant; supradicta pœna si contrafecerint plectendi, nec ab ea, nisi plena, & integra satisfactione sequta, absoluendi. Vt autem in his soluẽdis, præcipuè in infrascriptis Terris, omnis tollatur difficultas; Innouantes ea quæ in alia [f] Synodo sunt statuta. Ordinamus quod homines Terrarum Sancti Magni, Cassane-

Decimarum solutio diuino, & humano iure debita

Qui eas soluere recusauerint excommunicandi

b Cap. Decimas 16. q. 1
c Exod. c. 22. Leuit. 27. Nu. 18. Deuter. 12 & 26. Eccl. 35 Malach. 3. Cõ Matisc. 2. c. 5 Mogunt. de anno 813. c. 38. c. Parochianos de decimis: Bellar. de mẽbris ecclesiæ militãtis lib. 3. c. 15
d Cap. diuertimini, & c. decimæ 16. q. 1. c. admonemus c. præcipimus c. nullus, & c. nam qui. 16. q. 2. c. discretionive stræ de Decimis in 6. c. ex parte c. nõ est in potestate c. cum non sit eod. tit. Syno. Mogun. c. 75 Con. Tribur. c. 13. Mogun. de ãno 813 c. 17. & 22. Tri. sess. 25. c. 25 de reform.
e Genes. 4. & 14 & 28
f 2. Parali. 31
f Syn. S. M. Cauens. M. S. de anno 1614. c. 17

stanetæ, Sanctæ Luciæ, & Sanctæ Barbaræ, pro vnaquaque persona apta ad suscipienda sanctissima sacramenta, soluat pro iure decimarum quartam partem modij frumenti singulis annis. In alijs vero Terris obseruetur solitum.

Decretũ.7

De rebus Ecclesiæ non alienandis

BOnorum etiam Ecclesiasticorum eorundemque indemnitati, ac conseruationi consulere volentes, sacrorumque [a] Canonum decretis, ac summorum Pontificum constitutionibus inhærentes; vniuersis Archipresbyteris, Parochis, Sacerdotibus, Beneficiatis, alijsque Ecclesiastica bona possidentibus, præcipimus, ac mandamus ne bona immobilia, seù pretiosa mobilia Deo dicata, seù redditus, & beneficiorum suorum prouentus vendere, transferre, alienare, seù quouis modo obligare, sub pœnis in iure, & summorum Pontificum Constitutionibus contentis, audeant, vel præsumant. [b] locationes vero de rebus Ecclesiarum, vel piorum locorum, quæ locari sunt solitæ, tempus trium annorum non excedant, nec ad illas nisi plus offerentes admittantur, [c] & seruatis omnibus de iure seruandis. [d] Omnibus item supradictis Ecclesiarum bona possidentibus, ac etiam piorum locorum administratoribus, ne huiusmodi bona locent consanguineis, vel affinibus vsque ad tertium gradum inclusiue, sine nostra licentia, sub excommunicationis pœna, interdicimus, & prohibemus.

Locationes vltra triennium prohibentur

Quæ etiam infra triennium, cõsanguineis vel affinibus non fiant sine licentia

a Con. Agat. c.49. & 53. Nicen 2. can. 12 Cõstãtinop. 4 can. 15 & 18 c. nonemus cap non licet c. placuit. 12 q. 2. fere per totam c. nulli de rebus Ecclesiæ non alienandis extrauag. Paul. 2. quæ incipit Ambitiosæ Pi' 4. in bulla q̃ incip t Prouida:

b Extrauaga. Paul 2. Naua. in man. c. 25 n. 130. & c. 27 nu. 149

c Quæ vide apud Quaranta in sum. Bull. u. alienatio

d Con. Oxon. c. 33 vt Nauarr. in ꝺ de rebus Ecclesiæ &c.

Atque

Decret. 8.

De bonorum Eccleſiaſticorum inuentarijs conficiendis, & præſentandis

ATque etiam, vt ſupradicta bona Eccleſiaſtica, quantum in nobis eſt, diutius ſeruentur, & diligentius cuſtodiantur; præcipimus omnibus ſupradictis; tum etiam adminiſtratoribus, Procuratoribus, & Oeconomis, vel alijs quomodocunque nuncupati fuerint, bonorum Eccleſiaſticorum, Confraternitatum, ſeù aliorum quorumcunque piorum locorum, vt de bonis earundem Eccleſiarum, & piorum locorum, tam mobilium, quam immobilium, Iuribus, Prouentibus, Iuriſdictionibus, redditibus, actionibus, & rebus quibuſcunque ad dictas Eccleſias, & loca pia ſpectantibus, Inuentaria [a] conficere debeant, per manus publici Notarij diligentiſſime compilata, & eorundem Inuentariorum exẽplaria in forma authentica, infra trium menſium ſpatiũ à die promulgationis præſentis Synodi, traſmittere, & tranſmiſiſſe debeant ſub pœna, ſi contrafecerint, vnciarum ſex, noſtro arbitrio locis pijs applicandarum, & alijs etiam durante contumacia grauioribus, noſtro ſimiliter arbitrio reſeruatis.

[a] Syn. Mogũ. c. 59 Caline. de anno 1592 ſeſſ. 2. cap. 1. & c. 8

D E

DE RELIQVIIS, ET IMAGInibus Sanctorum. Deque illorum Inuocatione, & veneratione.

CAPVT SECVNDVM.



Atholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vsus à primis Christianæ Religionis exordijs receptus, & [a] Sanctorum Patrum consensu, sacrorumque [b] Conciliorum statutis confirmatus, docet sanctos Christianæ fidei propugnatores, & electos Dei Athletas, qui proprio Ecclesiam sanguine purpurarunt, ac gloriosis meritis, & virtutibus decorarunt, quique cum Christo Crucem in hoc mundo sumentes, eius sunt sequti vestigia, fueruntque illius viua membra, ac Spiritus Sancti Templum, montesque in quibus beneplacitum est Deo inhabitare, & nunc cum eodem in Cælo regnantes æterna fruuntur sine fine Beatitudine, humili cultu esse venerandos, suppliciter inuocandas, & eorum meritis speranda à Domino per Iesum Christum Saluatorem nostrum, beneficia, & gratias salutares. Ipsi sunt enim, qui de nostra salute eo amplius sollicití, quo de sua sunt fœlicitate securi, assiduè orant pro populo, & vniuersa sancta

Sanctorum veneratio, & sacrarū imaginum cultus in Ecclesia Dei antiquissimus

Sancti sunt viua Christi membra, & Spiritus Sancti Templum

Solliciti sunt de salute nostra

a Origen. hō. 3 in diuer. Eu seb lib. 13. p̄ par. Euang. c. 7. Basil. oratione in quadragin. Mart. Nazian orat. 1. in Iulian. Chrisost. hō. de sanctis Iuuen. & Maximo: Cyrill. Alex. lib. 6. in Iulian. circa med. Damas. lib 4. de fid. c. 16. Cipr. lib. 4 ep 5. Ambro. ser 6 in fin. Hieron: ep: ad Ripariū: Aug. lib. 20. cōtra faust c. 21. & in psal 96

b Conc. Gangrense c. 20 Bracaren. 3 c. 5. Con. Nicē. 2. act. 3. Cenō. in decr. fidei. dec. 13, Con. Later. sub Innoc. 3- c 62 Tride. sess. 25 de cultu, & ven. Sanctorū

sancta

Sancta Ciuitate Hierusalem. Ipsi sunt, quos tanquam Cæli sidera, & Ecclesiæ luminaria tanto securius post huius sæculi superata certamina venerari conuenit & prædicare, quanto iam in fœliore vita victores esse cognoscimus, nosque ad eandem fœliciter consequendam, suis meritis nouimus adiuuare. Neque solum sancti, quos Deus ipse nimis vult honorari in se ipsis adoratione sunt digni, sed in sacris etiam suis reliquijs, [a] & Imaginibus, vt & illis signa seruitutis, & submissionis ritè sint exhibenda, adoranda item amplexu, capitis inclinatione, & thuris oblatione veneranda; quo sic cum ipsis amicitiam confirmantes, vnde illi gaudent, & nos gaudeamus, ipsorumque diuitias concupiscentes per bonam emulationem suffragia perquiramus.

Sunt Cæli sydera, & Ecclesiæ luminaria

a Con. Nic. 2 act. 6. ex Con. Constanti. 3 can. 12. Trid. sess. 25. decr. de cultu & vener. sanctorum Cōstantin. 4 can. 3

Decret. I.

Con. Trid. vbi supra

Quo affectu Christi Deiparæ, ac Sanctorum Imagines sint colendæ

QVod vt omni superstitione remota, eo quo decet Catholico ritu, & cultu fiat. Parochi munus erit populum docere, non ideo Imaginibus Christi Deiparæ, & aliorum Sanctorum honorem, & venerationem impartiendam, quod credatur inesse illis aliqua diuinitas, & virtus propter quam sint colendę, vel ab eis sit aliquod petēdum, aut fiducia in ipsis figenda; sed quoniā honor, qui eis exhibetur, [b] ad prototypa refertur, quæ illæ repræsentant, ita vt per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos, quorum illæ gerunt simi-

b Con Nic. 2 act. 4. ex Athanas. lib. 4. contra Arri. nos. Con. Constantinop. 4. can. 3. & 7

Honor, qui sacris imaginibus exhibetur ad prototypa refertur

ſimilitudinem, veneremur.

Decret. 2. CVm autem fidelis populus, deuotionis, ac Religionis cauſa coronas, vel quicquam aliud ſacris vaſculis in quibus Sanctorum reliquię aſſeruantur, voluerit admouere; monendus etiam, & docendus erit, [a] ne exiſtimet quicquam virtutis, vel excellentiæ in res ipſas deriuari; Sed manere tantum in illis reſpectum quendam quo in nobis ipſius Sancti memoria excitatur, & ad eiuſdem venerationem affectus mouetur. Ipſa autem admotio cum maxima cautela, & reuerentia fiat, Nec Laicorum opera, ſed Clericorum tantum ſuperpelliceis indutorum miniſterio.

Quo item affectu ſanctorum reliquijs Coronæ admouendæ

a Vaſque. de adorat. lib. 3 diſp. 4. c. 2

Id autem fieri non debet niſi Clericorum miniſterio

Decret. 3. IPſa vero ſacra ſanctorum pignora, non ſolum in decoris vaſculis volumus aſſeruari, [b] & ſub clauibus diligentiſſime cuſtodiri; ſed [c] nec temere detegi, aut de loco ad locum ſine noſtra licentia [d] transferri: Verum in Eccleſiarum tantummodo ſollemnitatibus, ipſorumque ſanctorum natalitijs, ad fidelium pietatem excitandam, ſummo cum decore in altari volumus exponi. [e] Non deferantur autem à Sacrario ad altare, & è contra, niſi cum cereis accenſis, & per Clericos in ſacris conſtitutos, & ſuperpelliceis indutos. [f] Quarum etiam omnium, & ſingularum, prout in vnaquaque noſtræ ditionis Eccleſia aſſeruantur, inuentaria per Archipreſbyteros fieri, & in authentica forma ad nos infra duorum menſium ſpatium à die promul-

Quomodo ſanctorum reliquiæ ſeruandæ ſint, & quã, & quomodo exponendæ

b Con. Auenion. in c. de Reliq. & ven. ſanctorum c Con. Later. ſub Innoc. 3 c. 62

d c. corpora. de conſe. diſtin. 1

e Conc. Auenionen. vbi ſupra

Quod ſacrarũ reliquiarum inuentaria cõfici debeant, & ad Sacrum Monaſterium in publico archiuio conſeruanda tranſmitti

gationis præsentis Synodi, transmitti mandamus, in nostro publico Archiuio conseruanda.

Decret. 4.
a Con. Later. vbi supra

De nouis miraculis non prædicandis, & nouis sanctorum reliquijs sine licentia non proponendis

QVod si quis eorundem Sanctorum reliquias [a] venales exponere sacrilega temeritate præsumpserit, eo ipso excommunicationis latæ sententiæ vinculo, præsentis decreti vigore, se nouerit innodatum, alijs etiam grauissimis pœnis arbitrarijs pro delicti qualitate plectendus. Quibus etiam obnoxij erunt quicunque eorundem sanctorum reliquias ex vasculis expromere, vt nudæ laicis ostendantur, [b] vel easdem donare, aut pro se recipere, [c] vel noua miracula prædicare, aut sanctorum quorumcunque reliquias à Summo Pontifice non approbatas, nec à nobis recognitas, sine nostra in scriptis licentia, adorandas proponere præsumpserint.

b Syn. Casin. anno 1592. sess. 3. c. 3. decre. 3
c Con. Trid. sess. 25. decr. de reliqu. & vener. sanctorum in fin. Later. vbi supra: Senon. in decr. morum c. 40

Decret. 5.

De nouis, & insolitis imaginibus absq; licentia non proponendis

VErum non absimili veneratione, ac Sanctorum reliquiæ, eorundem etiam imagines sunt [d] recolendæ, quarum aspectu ad eorum imitationē pia mens promouetur, verumque pietatis cultum excitatur. Ne autem in domo Dei, quam Summa sanctitudo decet, aliquod profanum, inhonestum, aut inordinatum appareat, & vt in sacris imaginibus proponendis, omnis tollatur abusus, & omne id vitetur, quod sacrosanctæ Ecclesiæ Sanctissimo fini contradicit; præsenti decreto grauius inhibemus, ne quisquam vllis in locis, aut Ecclesijs nouas, & insolitas imagines,

d Syn. Roma. sub Gregor. 3 de anno 733 & alia sub Steph. 3. de anno 768. Damascen. lib. 4 de fid cap. 17 Ambr. ser. 10 in psal. 118

a Con. Trid. vbi supra Sesson. in decr. eorum cap. 4 Auentio. in c. de sacris imaginibus
b Con. Nice. 2. act. 4

nes, [a] absque nostra, vel Vicariorum nostrorum respectiue licentia, populo adorandas proponat. [b] Impudicas vero atque ethnicorum effigies, in Ecclesijs suspendi, & multo magis pingi, sub grauissimis arbitrarijs pœnis omnino interdicimus, & vetamus, ne vnde ad pietatem, & religionem incitandi essent fideles, inde lasciuiæ, & irrisionis sumatur occasio.

DE VITA, ET HONESTATE Clericorum.

CAPVT TERTIVM.



Inistrorum Dei quanta dignitas, & excellentia sit, quantaque Deo famulantium vitæ sanctitas, morumque integritas esse debeat, ipsum Clericorum nomen testatur, & officium clarissimè demonstrat: Sicut enim leuitas olim sibi elegit Deus, [c] qui ipsius operi indesinenter incumberent, eique in Testimonij Tabernaculo ministrarent, quorumue munus assiduum in Sanctuarij custodia esset, & Altaris ministerio; quos tamen à reliqua populi multitudine, ita voluit [d] segregari, vt partem inter eos nō haberent, [e] quandoquidem eorum pars, & hæreditas ipse Dominus futurus

Leuitas in lege veteri cur Deus elegerit, & sibi peculiariter assumpserit

c Num. 3 & 3 Deut. 10
d Num. 16
e Numer. 16 Deut. 10. & 18

erat in æternum. Ita etiam in noua lege, in Catholica Ecclesia, quosdam diuino cultui singulariter consecratos, qui religionis conseruandæ, ac promouendæ, tum etiam Rerum Sacrarum prouidentiam, ac sollicitudinem gererent, sibi voluit deputari, quos Clericos communi nomine vocauit Ecclesia, quasi tales vita, & moribus futuros, quales Clericalis professio exigit, & ipsa nominis significatio pollicetur: [a] neque enim Clerici notio aliud quam sortem designat, vel quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, & pars Clericorum esse voluit. Et proinde qui vel ipsi pars Domini sunt, vel Dominum partem habere desiderant, tales se se exhibere debent vt, & ipsi Dominum possideant, & vicissim à Domino mereantur possideri. Et [b] quoniam nihil sic homines ad deuotionem, & pietatem excitat nihil Dei Ecclesiam sic ædificat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt, & à sæculi curis negotijsque remoti, Clericali militiæ conspiciuntur adscripti; Ideo illis in eam precipue curam est incumbendum, vt mores suos ita componant, verba ac sermones ipsos ita temperent, vt nihil in eis inordinatum, inhonestum nihil, nihil non Sanctum, nihil non Religione plenum appareat; [c] quæcunque etiam vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque bonæ famæ; Si qua virtus, si qua laus disciplinæ,

Leuitico muneri, Clericorum officium succedit in Ecclesia

Clerici, quare sic dicatur

a Cleros. dist. 21. Isidor. lib. 7. Ethimol. c. 12. & de officijs. lib. 2. c. 1 Raban. lib. 1 c. 2. de instit. cleric.

b Con. Trid. sess. 22. c. 1. de reform.

Quanta eorũdem vitæ puritas, & morũ integritas esse debeat

c Philippen. 3

hæc

hæc cogitent, hæc sectentur, quo sic eorum vita coram alijs prælucente, eorum bona opera videntes, & ad imitationem accendi valeant; & Patrem qui in Cœlis est glorificare.

Decret. I.

De Clericorũ vestitu qualis esse debeat.

MEmores ergo sint Clerici vocationis suæ, qua eos vocare dignatus est Dominus noster, & sicut sacro ordine à reliquis hominibus seiuncti sunt, ita eo præstantius vitæ genus sequantur, quo ordinis dignitate præcellunt. Et cum ad illos Maximè pertineat, quod à fidelibus omnibus exigit Apostolus, nempè; [a] Induimini Dominum Iesum Christum, Ideo taliter tum intrinseco affectu, tum extrinseco habitu, Christianam modestiam obseruare satagant, & honestatem, vt qui Christum induti, & circumdati sunt, Christum quoque spectandum, extrinsecus proferant. Quocirca vniuersis sacerdotibus, & Clericis nostræ Diœcesis præsenti decreto præcipimus, & mandamus, [b] vt vestes deferant longas, & talares, statui Clericali, & illorum ordini, & dignitati congruentes, nigri coloris, non nimia amplitudine superfluas, nec nimia breuitate notandas, nec manicis vtantur coloris à talari veste diuersis. [c] Interius etiam habitu sint contenti simplici, & modesti coloris, non inciso, neque artificiose facto. [d] Caligis, nisi albi, nigri, aut violacei coloris non vtantur. [e] Calceos, & crepidas albas, nisi forte itineris causa, non deferant, nec ad elegantiam incidant. [f] Annulum,

a Roman. 13

b Con. Cart. 4. c. 45. Agate. c. 20. Matisco 1. c. 5. Latera. sub Inno. 3. c. 16. Martin. 5 in Con. Constant. sess. 43 Tride. sess. 14 c 6. & 24. c. 12 de refor. Senon. in decr. morum c. 24 Constãtin. 3 can. 27. Con. Colon. de anno 1536 tit. de officio priuato, & ce. c. 26

c Con. Nicc. 2. can. 16

d Clem. 2. de de vita, & honestate Clericorum

e c. Clerici di st. 31. 3

f Con. Lateran. sub Innoc. 3 vbi supra

non

non ferant, nisi propter officium, vel honoris gradum, & tunc vnicum, nec magni pretij. Is [a] denique omnis eorum sit habitus, vt in eo Clericalis ordinis modestia, & honestas; non fastus iactantia, aut elationis vitium deprehendatur.

a Con. Senonense in decretis morū cap. 24

Decretū. 2

b Con. Tolet. 4. c. 40. Anicet. Pap. ep. dec. c. 4. Syn. Mogun. c. 74

De Clericorum tonsura modestia, & cauta conuersatione cum Laicis

OMnes etiam Clerici, & Sacerdotes [b] tonsuram, & Coronam iuxta ordinem suum semper deferant, nec comam quoquo pacto nutriant, quia sicut discreti esse debent in conuersatione, ita in tonsura, & in omni habitu discreti debent apparere. [c] In incessu vero honestatem exhibeant, & itineris grauitate mentis maturitatem ostendant. Risus etiam dissolutos, [d] & omnem indecentem oculorum euagationem deuitent. In publicis plateis consessus laicorumque conuentus & familiarem nimis consuetudinem declinent; in quorum conuersatione caute omnino se habeant, nè forte [e] commixti inter gentes, eorum operibus incumbere, & sculptilibus seruire discant, Idque postea fiat illis in scandalum.

c Syn. Senon. in decre. morum c. 25

d cap. his igitur dist. 23

e Psalm. 105

Decret. 3.

f Syn. Senon. vbi supra

g De vita, & honest. Cler. c. Clerici, c. Episcopus dist. 35. Con. Constanti. 3. cā. 50

h Con. Late. sub Innoc. 3 cap. 16

i c. non oportet el 2. de cō secra. disti. 5 Constantin. 2. can. 24 Cartag. 3. c. 11

De ludis Clericis prohibitis

Clerici personati nō incedāt, nec spectaculis intersint.

QVo circa grauius interdicimus, id quod etiam Sacris Canonibus est cautum Ne [f] Clerici publicè pila, aut alijs ludis, cum Laicis maxime, ludant. [g] Priuatim quoque ab alearum, & taxillorum ludis, alijsque à sorte pendentibus omnino abstineant; neque [h] ludentium spectatores, fautores, aut testes sint. Personati non incedant. [i] Choreis, saltationibus, tripudijs, & alijs sæculari-

bus

a Con. Agat. cap. 20

bus spectaculis non intersint, a ne auditus, aut obtutus Sacris Mysterijs deputatus, turpium spectaculorum contagione polluatur. In omnibus demum eos mores exprimant, qui in Ecclesiastici ordinis hominibus debent elucere.

Decret. 4

Armorum delatio Clericis interdicitur

b c. non pila, & c. conuenior 23. q. 8
c Con. Mogũ. c. 17 Matiscon. 1. c. 5. c. Clerici de vita, & honesta. Cleric. c. quicunque 23. q. 8

ARma Clericorum prima, & præcipua virtutes sunt, tum orationes, b preces, ac lacrimæ; has deferri ab ijsdem condecet, has conuenit adhiberi. c Sæculi ergo arma, sub grauissimis Sacrorum Canonum pœnis, & alijs arbitrarijs, longe ab illis sint qui milites Christi peculiariter sunt adscripti; quorum vsum ijs tantum permittimus, qui iter per suspecta loca fuerint suscepturi; & tunc defensiua arma tantummodo sint, nec sine nostra, vel Vicariorum nostrorum licentia deferantur. d Quo circa etiam omne venationis genus à Sacris Canonibus vetitum illis interdicimus, & prohibemus.

Clericorum arma q̃ sint

Venatio Clericis interdicta

d c. Quorundam. c. Episcopum. cap. omnibus seruis. dist. 34 Con. Turon. sub Car. Ma. c. 8. Agat. c. 55

Decret. 5.

e Con. Tolet. 4. c. 21

Quod Clerici mulieribus non cohabitent

QVamuis e conscientiam puram apud Deum omnes habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam Clericos præcipuè omni suspitione remota, conuenit custodire, vt iuxta præceptum apostolicum, f non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ habeãt testimonium. Quocirca Sacrorum g Canonum lege, & innumeris sanctornm h Conciliorum decretis Mulierum cohabitatio Clericis fuit interdicta: ea enim vix vnquam suspitione caret, aut periculo, quod qui amauerit

f Rom. 12. 2 Cor. 8
g c. sed si forte c. oportet c. fœminæ dist. 81. c. inhibẽdum. de cohabit. Cleric. & mulier.
h Con. Agat. c. 10. Tolet. 4 c. 41. Constã. 3. c. 22. Mogũtiacum c. 49

uerit absque dubio peribit in illo. Illæ ergo solum mulieres in eorum domibus admittantur quarum consuetudo Sacris [a] Canonibus non cōtradicit; Matres scilicet, sorores, Auiæ, Amitæ, & fratrum vxores, ac filiæ. [b] Ancillas verò ipsis habere non liceat, nisi seniores, quæ incontinentiæ fama nequaquam alicubi fuerint suspectæ. Cæterum si quando, quod Deus auertat, Clericos concubinas habere, vel alia ratione inhonestè viuere fuerit compertum, iuxta [c] Sacr. Concil. Trident. aliorumque Sacrorum [d] Canonum dispositionem, seuerissimè in eos animaduertendum edicimus.

a Con. Carta. 3. c. 17. Agate & Tolet. 4. vbi supra
b Syn. Augu. c. 10

Nisi de ijs fuerint quarum cōsuetudo sacris Canonibus non contradicit

c Sess. 25. de refor. c. 14
d Cap. Clericos, & c. sicut de cohabit. cleric. & mul.

Decret. 6.

Si [e] sæcularibus viris periculosa est cupiditatis industria, periculosior illis erit, qui habitu, & conuersatione iam sæculares esse desierunt, qui totum quod viuunt, Domino esse deuouerunt. Quocirca Deo militantes sæcularibus curis, & negotijs implicari vetuit [f] Apostolus. [g] Mercaturas ergo, & sæculares, ac illicitas negotiationes non exerceant Clerici. [h] Aliena prædia, vel alios quoscunque fructus, redditus, vectigalia non conducant, neque directè, vel indirectè cum conductoribus in eorum Communionem veniant, [i] vinum, frumentum aliaque segetum genera non emant, vt carius vendant, sed tantum pro suo victu; nundinas non frequentent, [l] In emendo, & vendendo proxenetæ officio non fungantur, laicorum nemini [in]dide famulentur, vel inseruiant; Nullorum-

e S. Leo de conflictu viti. & virt.
f 2. Tim. 2
g c. cōsequēs c. Episcopus: c. negotiatorem, & c. fornicari dist. 88 Con. Triden. sess. 22. de refor. c. 1. Nice. 2. can. 10. Remen. c. 30. & 32. Clemen. 1 de vita, & honest. Cleric.
g Cap. decreuit. dist. 88
i Con. Eliber. c. 19. Syn. ... c. 14
l c. Clericus ... 2. dist. 91

Quod Clerici Mercaturæ, ac sæcularib. negotijs non incumbant

Alienorum prædiorū conductores non sint

Non emant vt carius vendant.

Proxenetæ nō sint, laicis non famulentur.

a c. decreuit, vbi supra Cõ. Calced. can. 3

lorumque [a] negotia gerant, præterquam propria, & propriæ Ecclesiæ, ac coniunctarum, & miserabilium personarum, vbi à nobis facultatem habuerint. [b] Nullius tutelam curam ue gerant, [c] nisi pietatis causa, & nostro assensu; [d] Apud Iudices Sæculares, nisi vt supra, procurationẽ, vel Patrocinium non suscipiant; [e] neque coram ijsdem testimoniũ dicant, [f] aut querelas, etiam citra pœnam sanguinis, exponant, vel pro alijs fideiubeant, sine nostra licentia. Et ab omnibus demum abstineant, à quibus merito abstinere debet cura Clericalis. Qui in prædictorum aliquo contrafecerit grauissimas Iuris, & arbitrij pœnas pro criminis qualitate se nouerit subiturum.

Nullorum negotia gerant, nec patrocinia aut tutelas suscipiant nisi pietatis causa

b cap. Ciprianus 21. q. 3 c c. peruenit dist. 86. c. decreuit. dist. 88 d cap Clerici & c. cum sacerdotis, de postulando e cap. quamquam 14. q. 1 f cap. Clerici el 2. 11. q. 1. c. sacerdotes. 2 q. 7

Decret. 7. g Ioan. 15

Contra Clericos in probra, & maledicta inuicem irrũpentes

ALternam dilectionem [g] à Christo Domino suis fidelibus quasi testamento demandatam, si fideles omnes seruare conuenit, Clericos præcipue decet singulariter amplecti; quam si quis violare, aut turbare præsumpserit, grauiori vindictæ, vt cæteri metum habeant, præsenti decreto ducimus subijciendum. [h] Quicunque ergo Clericus alium Clericum probris, maledictis, aut conuitijs incesserit sub duorum, aut plurium Testimonium; omni prouentuum Ecclesiasticorum, & communium distributionum perceptione per mensem priuetur, eiusque portio alijs accrescat. Quod si manus violentas alteri Clerico, citra tamen vulnus intulerit, præter [i] excommunicationis pœnam

h Syn. Mogũ. cap. 100

Pena Clerici in alterũ violentas manus iniijcientis

i 17. q. 4. c. si quis suadẽte

quam ipso facto incurrit, illi supra posita poena duplicabitur. Si vero vlterius progredi fuerit ausus, vlterius etiam grauioribus [a] Iuris, & arbitrij pœnis erit grauissime plectendus; easdem etiam pro criminis qualitate pœnas subituri, qui iurgijs, & armis cum Laicis contendere præsumpserint.

a. Canon. Apost. 55. c. si quis de Clerico percusso re, Con. Ilerden. c. 11

Decret. 8.

Quod nemo Clericorum Diœcesim exeat, aut ad aliam se conferat nobis inconsultis

POstremo, vt omnis Sacerdotibus, & Clericis nostræ Diœcesis vagandi tollatur occasio, sub pœna suspensionis ab officio, & alijs arbitrarijs; præcipimus, & mandamus, ne absque nostra speciali in scriptis obtenta licentia, [b] extra nostram Diœcesim se transferre, aut extra eam peregrinari, aut itinerari præsumant. ea autem obtenta peregrinaturi, aut iter facturi, Clericales vestes non dimittant; & quæ in Ciuitate Talares esse debent, extra eam in itinere, saltem infra genua pendeant, ita vt, siue equitando, siue pedester incedendo, Clericos esse facile cognoscatur.

b Con. Agatense c. 51 Constantinopo. 3 can. 3. & 80 Nic. 2 can. 10 & 1. cano. 15 & 16. Calcedon. can. 20 Trid. sess. 23 c. 15. de refor.

Peregrinãtes, aut itinerantes Clerici Clericalem habitum nõ dimittant

DE

DE PAROCHORVM OFFICIO.

CAPVT QVARTVM.



Opulorum salutem ex Pastorum vigilantia,& sanctitate quam maxime pendere innuit [a] Apostol. Dum eos vigilare admonet,quasi pro animabus eorum rationem reddituros. Hi ergo cum à populi multitudine sciuncti, [b] In altiorem, & sublimiorem officij, & honoris gradum sint assumpti, & quasi in specula constituti, in eos tanquam in speculo reliqui fideles oculos conijciunt, vt ex eis sumant quod imitentur; Quibus etiam super custodias standi, & propter aduentum furis vigilandi necessitas est imposita. Cum plurima autem sint, quæ in vnoquoque sacris ordinibus initiato requiruntur, duo tamen præcipue exiguntur in Parochis; Vt nimirum vita moribusque cæteros antecellant, & sacrarum literarum scientia, & cognitione instructi, [c] noua,& vetera de Thesauro suo proferentes, Christi gregem, tam verbi Doctrina,quam operum exemplo pascant,instruãt, & informent. Ori itaque manum apponant, & hanc illi conformem reddant, [d] ne voce Iacobi existente, manus postea Esau esse dignoscantur. Summum et Pastorem,& [e] Pastorum Omnium Principem imitentur,qui [f] potens

a Hebr. 10

b Con. Trid. sess. 22. de refor. c. 1

c Matth. 13

d Genes. 27

e 1. Petr. 5

f Luc. 24

Parochi in altiorem,& sublimiorē officij, & honoris gradū sunt assumpti

Duo præcipue in illis exiguntur, vita scilicet,& mores boni, ac sacrarum literarum scientia

a Actorum 1 tens in opere, & sermone, [a] cæpit primum facere, postea docere; [b] qui non solum oues
b Ioan. 10
suas vocat nominatim, sed & vadit ante eas. Quocirca iuxta Apostol. Doctrinam [c] exemplum fidelium sint in verbo, in couersatione,
c Timot. 4
d Ad Tit. 2
in charitate, in fide, in castitate, [d] in doctrina, in integritate, vt is qui ex aduerso est vereatur nihil malum habens dicere de eis. [e] Exemplar denique, & forma gregis fiant, vt ex illis fideles bene viuendi normam assumant, & alacrius ad bene operandum excitentur; quo tandem fidei Christianæ, & sui muneris finem reportent [f] salutem scilicet animarum.
e 1. Petr. 5
f 1. Petr. 10

Decret. 1.

De Parochorum munere, & residentia

PRæter ea ergo quæ Parochis circa suum munus, & officium sparsim in hac Sancta Synodo sunt proposita, inhærentes [g] Sacr. Concil. Triden. ac [h] Pij Quarti, [i] & Quinti Summorum Pontific. Constitutionibus, præcipimus & iubemus omnibus Parochis, vt diuinorum præceptorum memores, gregi suo inuigilent, eundemque non solum verbi Dei prædicatione, sed Sacramentorum maxime administratione pascere studeant, miserabilium personarum curam paternam gerant, [l] dissidentium simultates componant, & ad ouium suarum curam, quarum sanguis de eorum manibus in extremo Iudicio est requirendus, sedulo incumbant, nec vnquam eas [m] mercenariorum more deserant, sed assidue in suis Ecclesijs residétes, munus suum per se ipsos studeant obire; Quod si eos abesse aliquando contigerit, id graui tantum ex causa nobis

g Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1
h Pius 4. in bull. quæ incipit. In suprema
i Pius V. in bull. quæ incipit Cupientes
l Ioan. 10
m tit. de Clerico nõ residente per totum. Co. Tri. sess. 3. c. 1. & 2. 23. c. 1. & 24. c. 11. de refor. 7. q. 1. c. peruenit. Cõcil. Colon. de anno 1536 tit. de Parochis c. 6

Diuini verbi prędicationi, & sacramentorum administrationi pręcipue incumbant

nobis, vel Vicarijs nostris, vt supra respectiue probanda, permittendum edicimus; [a] relicto tamẽ Vicario idoneo, ne interim Ecclesia aliquid detrimenti patiatur; Sacrorum Canonum, & arbitrarijs pœnis qui contrafecerint plectendi.

a Con. Auen. in c. de residẽ ti. Syn. Nuc. eod. c. Conc. Saler. de anno 1579. tit. 25 c. 7. Hildesem. c. 2.

Decret. 2.

De diligẽtia à Parochis adhibenda in publice, & notorie criminosis corripiẽdis.

PArochorum etiam diligentia in corripiẽdis ijs, qui suæ fidei sunt commissi maxime exigitur & desideratur, ne si in vna corporis parte tabes fuerit, inde pars etiam sincera deficiat: [b] Vnde diligenter quærant, & corripiant perditos homines, publicos nempè blasphemos, concubinarios, aliorum corruptores, coniuges sine Canonica facultate separatim viuentes, veneficia, incantationes, sortilegia sectantes, vel quod vis aliud facinus exercentes in proximi damnum, & perniciem. Quod si isti ita benigne, & amanter admoniti in suis delictis perseuerauerint, ad nos, vel Vicarios nostros deferant, vel eosdem consulant, vt pro Pastoralis curę officio, remedium possit illis offerri salutare.

b Syn. Nucer. in c. de offic. Paroch. Hildes. c. 2. Casinen. de anno 1626. sess. 3 c. 4. decr. 4

Decret. 3.

Quod nullus Parochus alienis Parochianis sine proprij Parochi licentia sacramenta ministret

ET [c] quia sunt nonnulli, qui proprias oues habentes, alienis etiam ouibus præesse quærunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, vt suorum curam negligant; cum tamen ab vnoquoque Pastore proprij gregis reddenda sit ratio, non alieni. Ne quis alienum gregem inuadat, statuimus sub pœna suspensionis ab officio, & alijs arbitrio reseruatis, [d] vt nullus animarum curam gerens alienum Parochianum extra casum

c Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 8. & 9

d Con. Trid. sess. 24 de refor. c. 13. 13. q. 1. c. ecclesias singulas Calixtus P. epist. decre. 2 c. 3. Con. Cartag. 3. c. 20. & 2. c. 11

neces-

necessitatis, aut legitimam causam, quæ legem non habet, in confessione audire præsumat, nec ei Ecclesiæ Sacramentum ministrare, nisi desuper proprij Sacerdotis licentia petita, & obtenta.

Decret. 4

Quod Archipresbyteri, Sacerdotes, & Clerici omnes, Reuerendis Vicarijs in omnibus obediant

PRæpositis obediendum esse docet[a] Apostolus qui etiam monet[b] omnem animam sublimioribus potestatibus subditam esse debere.[c] Quæ ergo obedientia, & reuerentia Archipresbyteris, & Parochis à Laicis debetur, eadem & ab ipsis suis superioribus est exhibenda. Reuerendis ergo Vicarijs nostris in partibus ab omnibus Clericis presbyteris, & Archipresbyteris omnimodam, sicut & nobis, præstandam obedientiam, mandataque ipsorum obseruanda, & executioni demandanda præsenti decreto præcipimus, & iubemus. Ipsi vero Reuerendi Vicarij iuxta facultatem sibi à nobis traditam contra inobedientes, & rebelles, secundum formam iuris, pro delicti qualitate, procedere possint, & valeant.

a Hebr. 13
b Rom. 13
c Con. Colo. sub Adolpho in c. Quod Pastorum, &c. Syn. Mogun. c. 35. August. c. 8. Hildesem. c. 7

Decret. 5.

De processionibus, sine licentia non agendis

ARchipresbyteris etiam, & Parochis præcipimus & mandamus, ne processiones, siue publicas, siue priuatas extra Ecclesiam, vel intra, absque Vicariorum nostrorum in partibus respectiue licentia, instituant, vel introducant;[d] quas ordinarias, vel extraordinarias, quando fieri contigerit, vel à Summo Pontifice, vel à nobis, aut Vicarijs nostris indictas, teneantur ad illas Clerici omnes mundis superpelliceis induti concurrere,

Ad illas, quando fieri contigerit, Clerici omnes, & Confraternitates sodalitates accedere teneantur

d Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 13. Auenion. in c. de Processionibus

a Syn Botun. in ser. de processionibus Nucerina in c. de officio. Parochi

rere, tum etiam Confratrum sodalitates; [a] Omnes aũt stata hora ad Ecclesiam Matricem, vel Parochialem conuenientes, ibi certo loco consistant, nec per Ecclesiam vagentur, sed orationibus vacent; dum solemni sacro peracto, suus cuique tribuatur procedendi locus. Cæremoniarij autem, vt supra deputandi, munus sit in eam curam incumbere, vt processionibus directis bini, & bini omnes incedant, & confusionibus omnibus, ac turbis sublatis, populus sacris precibus, & pijs supplicationibus intentus, procedat.

Processiones quomodo dirigendæ

Decretũ.6.

De nouis Sũmorum Pontificum bullis, tum etiã Iubileis, & Indulgentijs populo per Parochos edicendis, & promulgandis

QVia etiam per nouas Summorum Pontificum bullas multa solent ad populum spectantia præcipi, Ideo iubemus, vt quando talis occurrerit casus ipsæque bullæ ad Parochorum manus deuenerint, primo festo, aut Dominica occurrente illas suæ Parochiæ Populo denuntient, breuiter, & dilucide exponentes quid in illis pręcipiatur. [b] Quod si ab ijsdem Summi. Pontific. Iubilea, aut aliæ indulgentiæ emanabunt, easdem statim popolo euulgent, suadentes, vt tantum Thesaurum lucrari non negligant, [c] doceant quid pro illis consequendis, ex Sũmi Pontificis præscripto, sit obseruandum. Caueant tamen ne prædictas, & quasuis alias Indulgentias sine nostra, vel Vicariorum nostrorum licentia populo proponant.

b Con. Salern. de anno 1579, tit. 33. cap. 5. Syn. Nuc. vbi supra

c Con. Auen. in c. de indulgentijs

Instruendi fideles, quid pro indulgentiarum consequtione sit operandum

Decret.7.

Quod Parochi librum apud se habeãt in quo notentur nomina baptizatorum confirmatorum, &c.

DEmum, vt Parochis, & Archipresbyteris melius ouium suarum ratio constare possit; præcipimus, & mandamus, vt libros

apud

a Con. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c. 1. & 2. Syn. Augustæ. c. 8.

apud se habeant quinque,[a] vel vnum in quo seorsim describant. Primum nomina omni ũ baptizatorum, atque leuantium cum die, mense, & anno Natiuitatis, & baptismi, atque parentum, tum etiam vtrum ex legitimo matrimonio infans fuerit procreatus. Secundum in quo notentur tum confirmatorum, tum suscipientium nomina, & cognomina, dies, mensis, & annus, nec non Reuerendissimi Abbatis confirmantis nomen. Tertium in quo statuto ab Ecclesia tempore confitentium, atque communicantium nomina sint descripta. Quartum in quo eorum qui Matrimonium in Ecclesiæ faciem contraxerunt nomina, & cognomina, tempus, Patria, Ecclesia, aliaque acta tam circa denuntiationes quam circa sponsalia describantur. Quintum in quo mortuorum, & Ecclesiasticæ sepulturæ traditorum nomina, & cognomina cum annotatione diei, mensis, & anni annotentur. Prædictos autem libros cum expleti fuerint ad Vicarios nostros respectiue deferri, & ab ijsdem in eorum particularibus Archiuijs seruari volumus, & mandamus. In supradictis vero, si in actu visitationis Parochos negligentiores extitisse compererimus, non nisi graui pœnitentia mulctatos à nobis se dimittendos sciant.

Hi autem libri cum expleti fuerint ad Vicarios in partibus respectiue deferendi, & in eorum particularibus Archiuijs asseruandi

D E

DE SAECVLARIVM Reformatione.

CAPVT QVINTVM.



ON solum Sacerdotibus, & Clericis, sed Laicis etiam ac Sæcularibus nostra debet Pastoralis solicitudo prospicere, quorum saluti Sacerdotes ipsi, qui eorum norma esse debent, instituuntur, & consecrantur. Quo circa memores nos aliquando coram iusto Iudice pro animabus commissi nobis populi [a] rationem esse reddituros, in primis sollicita cura duximus prouidendum, vt non solum Ecclesiasticorum, sed etiam Sæcularium mores vitamque componamus; quatenus vniuersi nostræ curæ concrediti, sicuti [b] vno baptismate in spem viuam regenerati, Vnum colunt Deum, vnamque fidem profitentur, & vnam omnes ambiunt vnius Patris in Cœlo hæreditatem; ita abiecta omni sorde peccati, ad omnia pietatis, & Christiani hominis munera, & officia communi regula, atque præscriptione erudiantur, & reformentur; [c] vt peccatis mortui iustitiæ viuant, & [d] veterem hominem cum actibus suis expoliantes, nouum in Iustitia, & Sanctitate veritatis induant; & [e] in nouitate vitæ per Dei gratiam ambulantes, ali-

a Hæbr. 13.
b Ephes. 4. 1. Petr. 1.
c 1. Petr. 2.
d Ephes. 4. Coloss. 3.
e Roman. 6.

quando tandem Cœlestis Regni, & Gloriæ participes efficiantur. Eos ergo quantum in Domino possumus non desistimus hortari, vt quæcunque in hac Sancta Synodo ad morum reformationem, & rectam Christianæ vitæ institutionem saluberrime sunt statuta, ad suam ipsorum salutem impensiori cura, ac diligentia studeant obseruare.

Decret. 1.

Monentur qui temporali gubernationi in nostra Diœcesi præsunt, vt eandem, quatenus ad ipsos spectat, à vitiorum sordibus expurgare satagant.

IN Primis autem eos, qui temporali gubernationi in vniuersa Diœcesi nostra præsunt, monemus & quantum efficacius possumus hortamur in Domino, vt Terras, & Castra eiusdem Diœcesis, quatenus ipsorum partes erunt, & ad ipsos spectabit, à vitiorum sordibus expurgare non negligant, pœnas decernentes iuxta delictorum grauitatem, & sanctarum legum statuta. Vt ita si non virtutis amore, saltem pœnæ formidine, ab omnibus, quantum fieri potest, delictis, & criminibus populus arceatur.

Decretũ. 2

Contra adulteros, & concubinarios

a Hæbr. 13
b Con. Trid. sess. 24. de refor matri. c. 8 Conc Nice. 4 Constanti. 3 can. 87. Elibertinũ c. 69 Syn. Hildesc. c. 44. Con. Ancir. c. 19. Inn. 1. PP. epist. 3 decr. c. 4. Cõ Salegũsta. c. 7 Augu. lib. de decem. Chor dis c 4. & de adulterinis nup. lib. 2. c. 2

CVm iuxta Apostol. monita [a] honorabile connubium, & Thorus immaculatus esse debeat, [b] quia tamen aliqui relicto legitimo Thoro, ac Dei timore postposito non verentur adulteras superinducere, & quandoque etiam easdem vna Domo cum vxoribus, & filiabus alere, & habere, alij etiam soluti, in suarum animarum perniciem, concubinas retinere, eisque cum maximo proximorum scandalo conuiuere præsumunt. Horum saluti pro nostri Pastoralis officij debito consulere cupientes. Omnibus Archipresby

teris,& Parochis in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub arbitrarijs pœnis præcipimus, ac mandamus, vt omnes, & singulos qui in hoc damnationis statu viuere non pertimuerint, tertio moneant, requirant, & hortentur, vt suæ saluti consulant,& à peccato resipiscant. Quod si post tertiam admonitionem infra quindecim dies superinductas, & concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non separauerint, ex tunc præsentis Synodalis decreti vigore excommunicationis sententia innodatos edicimus, & pronuntiamus, à qua nisi à nobis, vel Vicarijs nostris in partibus respectiuè, præterquam in mortis articulo absolui non possint. Si autem infra quindecim alios dies non resipuerint, ad nos, vel Vicarios nostros per Archipresbyteros, vel Parochos eorum nomina deferri volumus, vt contra eos ad vlteriora valeat procedi.

Qui nisi tertio moniti resipuerint excommunicationi subijciuntur.

Decret. 3.

Contra vsuratios

a Ephes.5.Coloss.3. b Leu 25.Deuter.23.Luc.9. Psal. 14. Ezech.18. Clem. vnica de vsur. c Con. Nice. 1.can.17.Elibertin. c 20. cap. Nec hoc quoq; c.Quicunque.14 q. 4. tit. de vsuris per totu. D. August. in Psal.36.& ep. ad Maced.54 Hier. in c. 8. Ezech.Amb. in lib. de To-

VSurarum crimen, quod [a] Idolorum seruituti comparatur, quoue pauperum sanguis,& facultates hauriuntur, & si [b] diuino,& [c] Ecclesiastico Iure sit damnatum; quia tamen non desunt perditi homines, qui aurum,& argentum propriæ saluti,& proximorum indemnitati præferentes, varijs modis Vsuras exercere non verentur; Vt quantum fieri potest huiusmodi scelus à nostra ditione longius arceatur, intelligantque fideles qua pęna in vsurarios Ecclesiastica lege sæuiatur mandamus vt in omnibus Parochialibus Ec-

bia c. 14. & in libr. de bono mortis c. 12. Pius V in Bulla, quæ incipit. Cum onus, & in alia quę incipit. In eã

clesijs, singulis annis, Dominica I. Quadragesimæ à Parochis, & animarum curam habentibus Constitutio Gregorij Vndecimi in Concilio Lugdunensi contra Vsurarios facta sollemniter publicetur, quam etiam ideo in huius Capituli calce apponendam curauimus.

Decret. 4.

De nouis confraternitatibus sine ordinarij licẽtia non instituẽdis.

NE vero id quod superioris tantummodo facultate est permittendum, priuata authoritate à quoquam præsumatur, indeque scandalum aliquod possit oriri, præsenti decreto sub excommunicationis pœna prohibemus ne quisquam cuiusuis conditionis, & status existeret, confraternitates, seù societates erigere, aut de nouo instituere absque nostra approbatione, & consensu audeat, vel præsumat. Antiquas autem, & per Prædecessores nostros institutas, & approbatas; sicuti præsenti decreto, & nos etiam admittimus, & approbamus, Ita nouas Constitutiones, vel statuta nobis inconsultis ab illis fieri sub prædicta pœna, & alijs arbitrio nostro, interdicimus, & prohibemus. Ipsarum vero Confraternitatum Rectoribus, seù Superioribus quomodocunque nuncupatis præcipimus, & mandamus, vt infra tres menses à die promulgationis præsentis Synodi nobis statuta, & Constitutiones suas transmittere, & transmisisse debeant. Si secus factum fuerit, elapsis tribus mensibus earum Ecclesiæ, siue oratoria eo ipso sint interdicta.

Conc. Senon. in decretis motum. c. 30. Syn. Catin. de anno 1692. sess. 3. c. 7. decr. 1. & 2.

Conc. Trid. sess. 2 . c. 8. & 9. de reform.

CON-

CONSTITVTIO GREGORII XI. IN CONCILIO LVGDVNENSI CONTRA VSVRARIOS.



Vanquam vſurarij manifeſte de vſuris, quas receperãt ſatisfieri, expreſſa quantitate, vel indiſtinctè in vltima voluntate mandauerint: nihilominus tamen eis Eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de vſuris ipſis fuerit, (prout patiuntur facultates eorum) plenarie ſatisfactum, vel illis quibus facienda eſt reſtitutio, ſi preſto ſint ipſi, aut alijs qui eis poſsint acquirere, vel eis abſentibus, loci Ordinario, aut eius Vicemgerenti, ſiue Rectori Parochiæ in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa Parochia; (quibus quidem ordinario Vicario, & Rectori prædicto modo cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis Conſtitutionis auctoritate recipere: ita quod illis perinde actio acquiratur,) aut ſeruo publico de ipſius Ordinarij mandato idonee de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterum ſi receptarum vſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi volumus; alioquin aliam recipientis

cau-

cautionem huiusmodi arbitrio moderandam: ipse tamen scienter non minorem quam verisimiliter creditur moderetur, & si secus fecerit ad satisfactionem residui teneatur.

Omnes autem Religiosos, & alios qui manifestos vsurarios contra præsentis sanctionis formam ad Ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, pœnæ Lateranensis Concilij contra vsurarios promulgate, statuimus subiacere.


Nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, siuè ipsos absoluat: nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum, præstent, (vt præmittitur) idoneam Cautionem.

Testamenta quoque manifestorum vsurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso Iure.

DE SEMINARIO CLERICORVM instaurando, & prosequendo.

CAPVT SEXTVM.

Concil. Trid. sess. 23. c. 18. de reform.




Euerendissimi Prædecessores nostri cupientes saluberrimum Sacri Concilij Tridentini Decretum, circa Seminarij Clericorum erectionem, exequutioni demandare, illud iam erexerunt pro tota Dioe-

Diœceſi in Terra noſtra Tramutulæ. Poſtea vero iuſtis de cauſis in vltima Synodo ſub recolendæ memoriæ D. Fabiano à Mathera, inde remotum, decretum fuit transferendum in loco ab eodem Reuerendiſſimo D. Fabiano deputando. Quod tamen cum neque ab ipſo, neque à noſtris poſt ipſum Prædeceſſoribus fuerit Statutum; Sacri Concilij Tridentini ſupradicti decreto obſequi cupientes, & tam ſalutare opus proſequi; Seminarium prædictum in Terra Perdifumi præſenti decreto transferendum, ſtabiliendum, & promouendum pro vniuerſa noſtra Diœceſi ſtatuimus, & ordinamus. Cuius exequtionem Committimus, & Demandamus Reuerendis PP. D. Ioann: Euangeliſtæ à Cilento, & D. Fœlici à Sarno noſtri Sacri Monaſterij Decanis, quibus vices noſtras quo adhoc concedimus vt poſſint, & valeant quæcunque per Sacr. Trident. Concil. vbi ſupra circa hoc ſunt diſpoſita, exequtioni demandare.

DE

DE OBSERVANDIS IN FORO contentioso.

CAPVT SEPTIMVM.



IIS ergo quæ animarum spirituale regimen concernunt dispositis, reliquum est vt sanctæ huius Synodi authoritas ijs quoque prospiciat, quæ ad contentiosum forum spectare videntur, vt iustitia non solum ritè, & rectè ministretur, sed quibus decet etiam modis omnibus impendatur; Quapropter, vt causæ omnes ad nostrum Ecclesiasticum forum pertinentes, quam primum terminentur, nec quisquam in Ciuilibus, aut Criminalibus causis se grauatum possit prætendere.

Decret. 1.

Syn. S. M. Cauens. MS. de anno 1614. sess. 3. c. 20.

De taxa præscripta nō excedenda, & causarum cognitione citius terminanda, & exercenda.

PRæcipimus Reuerendis Vicarijs nostris in partibus, tum etiam Curiæ nostræ Actuarijs, ne quisquam taxam in nostra Abbatiali Audientia præscriptam quoad mercedem, quæ eis in administranda ratione in foro Iuditiali competit, quoquomodo trascendant. In causarum expeditionibus ea omnino volumus obseruari, quæ per Sacrum Tridentinum Concilium sunt disposita, & Summorum Pontificum Constitutionibus Sacrisque Canonibus sunt statuta, nec à die motæ litis vltra biennium earum expeditio-

Conc. Tride. sess. 24. c. 20. & sess. 25. c. 10. de refor.

nem differri volumus, aut prorogari: sed ad pauperum præcipue leuamen, quam citissime fieri poterit expediri. Ex quo tamen non prohibemus quominus in grauioribus causis, ordinariæ & consuetæ secundum iura dilationes fiant. Ipsas vero causas, si ita leues fuerint, vt trium ducatorum summam non excedant, Summarie, & de plano, sola facti veritate inspecta, & absque vllo Iudiciali strepitu terminari volumus, & expediri.

a Syno. S. M. Cauens. vbi supra.

De vltimarũ ad pias causas voluntatũ exequtione.

QVoniam vero maximi momenti semper visum est, [a] vt piæ testantium voluntates debite quàm primùm exequtioni mandentur; ne hæredum auaritia, aut aliorum ad quos spectat incuria, illas intento fine fraudari, aut earundem effectum plus æquo differri contingat; rationabili, & saluberrimo decreto [c] à Tridentina Synodo Ordinarijs est demandatum, vt tanquam Apostolicæ Sedis delegati, piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos sint exequtores; Quare sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus hæredibus fideicommissarijs, & testamentarijs, siue etiam testamentorum exequtoribus ad hoc per testatores nominatis & deputatis, mandamus vt legata ad pias causas intra tempus testamentis ipsis præfixum, alias infra annum à die obitus pie disponentis, persoluãt, alioquin eo elapso earundem piarum & vltimarum voluntatum exequtionem ad nos vti ad Diœcesanum, & Ordinarium ipso.

Decretũ. 2. b c. nos quidẽ c. indicante c. si hæredes de testamẽtis

c Con. Trid. sess. 22. de reform. c. 8.

a c. tua nobis c. Ioannes de testamenti.

so. a Iure deuolutam esse declaramus. Quod si huiusmodi annuum tempus breuius visum fuerit, iusta, & rationabili causa à nobis vel Vicarijs nostris cognita, quantum rei, & personarum ratio postulare videbitur, poterit prorogari.

Decret. 3.

Præcipitur notarijs, vt infra decem dies ab obitu testatoris reuelent legata ad pias causas, ijs quorum interest.

SVb eadem item pœna præcipimus notarijs omnibus, & quibuscunque, in nostra Diœcesi existentibus, vt infra decem dies à notitia obitus Testatoris, certiores faciant omnes quorum interest de legatis & dispositionibus, quas in publicis Tabulis apud se habent, quarum etiam exemplum nobis, vel Vicarijs nostris respectiue teneantur exhibere, vt pro muneris, & officij nostri ratione, in casibus à Iure concessis circa pias in vltimis volũtatibus dispositiones possit prouideri

Decret. 4

De condẽdis testamentis ad pias causas ijs qui ab intestato decesserint.

b Refert Paulus Piasecius in sua praxi Episco. par. 2. cap. 5. num. 36.

LAudabilis consuetudo Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium decreto b firmata, & in Diœcesi etiam nostra hactenus introducta, semperq; seruata, habet Ordinarij auctoritate legata ad pias causas eorũ nomine esse constituenda, qui vel ab intestato decesserint, vel pia aliqua dispositione de aliquo animæ suæ remedio sibi ipsis neglexerint prouidere. Hanc ergo consuetudinem à nobis vsque ad quartam bonorum mobilium Defuncti partem obseruandam edicimus, & casibus occurrentibus prosequendam; habita tamen semper defuncti hæredum, & superstitum ratione, paternæ etiam Charitatis semper memores futuri.

DE

DE TESTIBVS EXAMINATO- *& Iudicibus Synodalibus.*

CAPVT OCTAVVM.



Etus est, & laudabilis consuetudo sacris decretis inducta, vt in omnibus Dioecesanis Synodis aliqui viri spectati, & probati eligantur, qui diligenter inquirant, an aliquod publicum in Dioecesi peccatum corrigendum, emendandumque sit, & compertum ad Ordinarium, seù Vicarium fideliter referant, qui cognitis spiritualibus necessitatibus, & ægritudinibus, facilius possint de salutari, & Opportuno remedio prouidere, ad id autem muneris eligimus Reuerendos Archipresbyteros pro vnaquaque Terra. De testibus Synodalibus.

Con. Triden. sess. 24. c. 18. de reform. Quoniam, et animarum saluti magnopere confert, & expedit, vt ad sacras functiones obeundas digni dumtaxat eligantur, & assumantur; idcirco saluberrimo Concil. Trident. decreto sancitum, & constitutum est in Dioecesana Synodo viros aliquot esse designandos, tum eruditione, tum vitæ, ac morum Sanctitate præstantes, Qui ad sanctæ Dei Euangelia iurent se post habita quacunque humana affectione fideliter suum munus exequuturos. Eorum vero officium erit de vita, moribus, De examinatoribus Synodalibus.

doctrina, prudentia, & alijs necessario requisitis in ijs qui ad animarum regimen, confessiones audiendas, & ordines consequendos, sunt admittendi diligenter inquirere, & examinare. Huic autem muneri deputantur, & eliguntur infrascripti. Item quia eiusdem Concil. Trident. statuto iuxta Bonifac. VIII. Constit. quæ incipit. Statutum, præcipitur, vt in Diœcesanis Synodis personæ aliquæ eligantur, quę qualitates habeant iuxta eiusdem Bonif. Constitutionem, vt ipsis etiam, præter locorum Ordinarios, causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes à Romana Curia possint committi. Ideo confisi de Doctrina morum probitate, & integritate RR. DD. quos infra nominabimus, illos ad id munus obeundum eligimus, & huic Sanctæ Synodo simul cum electis examinatoribus proponimus. Sunt autem infrascripti.

Concil. Trid. sess. 24. cap. 10. de refor.

De Iudicibus causarum.

Cap statutū de rescriptis in 6.

EXAMINATORES Synodales.

ADmodum R. P. D. Ioannes Franciscus à Neapoli V.I.D. Prior Sacri Monasterij Cauensis, ac Vicarius Generalis.

A.R.P.D. Ambrosius à Neap. S.T.P. & Prior in Congregatione Casinensi.

R.P.D. Petrus à Cilento S.T.P. Decanus, & Prior S. Ioannis de Terra Roccę Pimontis

R.P.

R. P. D. Ioannes Euangelista à Cilento S.T. P. Decanus, & Sacri Monasterij Cauensis Cellerarius.

R.P.D. Honorius à Caua Decanus S. Theol. P. & Philosophiæ Doctor.

R.P.D. Fortunatus à Neapol. S. T. P. Decanus, & Vicarius Pertusiæ.

R. P. D. Gregorius à Neapol. Decanus. V.I.D.

R.P.D. Alferius à Neap. S.T.P. Decanus, & Vicarius Cilenti.

R. P. D. Iouita Romanus Decanus S. Theolog. in Sacro Monast. Cauensi Lector, & huius Synodi Cancellarius.

R.P.D. Hieronymus à Neapol. Decanus. S. Theol. P.

R. P. D. Fœlix à Sarno Decanus. S. Theolog. P.

R.P. D. Constantinus à Corato S. Theol. P. & Philosophiæ Lector.

IVDICES CAVSARVM.

R.D. Hieronymus Panella V.I.D. Archipresbyter Terræ Tramutulæ.

R.D. Thomas Mele Archipresbyter Sanctissimæ Trinitatis de Polla.


R.D. Thomas Starnella V.I.D. Archipresbyter Terræ Castri Abbatis.

R.D. Matthæus Angrisanus Rector S. Luciæ de Terra Roccæ Pimontis.

DE

DE PRAESENTIS ALIORVMQ; Synodorum huius Sacri Monasterij Decretis, & Constitutionibus seruandis.

CAPVT VLTIMVM.



T autem eorum obseruantia, quæ in hac Sancta Synodo salubriter sunt statuta, nullius ignorantiæ excusatione possit tergiuersari. Archipresbyteris, & Parochis omnibus præcipimus, & mādamus, vt statuta præsentis Synodi ad Laicos pertinentia, bis saltem singulis annis vulgari lingua euulgent. Ipsi vero Archipresbyteri, & Parochi, nec non singuli in sacris Constituti, nostræque ordinariæ potestati subiecti, teneantur sub pœna vnciarum auri quinque nostro arbitrio locis pijs applicandarum, huius Sanctæ Synodi statuta atque decreta impressa infra quatuor hebdomadarum spatium computandarum à die, quà primo in valuis Ecclesiarum Parochialium nostræ Diœcesis fuerint affixa apud se habere, ac tenere, tum etiam in eis contenta & sibi ordinata, in quantum quemlibet ipsorum concernunt, sub pœnis in eis contentis, custodire, & obseruare; alijs nihilominus pœnis tum Iuris, tum

Synodalia statuta ad Laicos pertinentia bis in anno vulgari lingua euulganda.

Teneātur singuli in sacris constituti huius Synodi exemplar impressum apud se habere.

tum Concil. Triden. in suo robore permansuris. Volentes, & declarantes, vbi non est expresse imposita pœna, ad nostrum, vel Vicariorum nostrorum arbitrium intelligi reseruatam. Nobis solum, & successoribus nostris facultatem reseruantes prædictis omnibus addendi, seù eadem minuendi, declarandi, interpetrandi, & aggrauandi, prout visum nobis fuerit in Domino salubriter expedire. Nostrorum verò prædecessorum decreta, & Synodales Constitutiones, quatenus prædictis non obstant, confirmamus,& approbamus. Illud etiam ad conscientiarum quietem, & Tranquillitatem declarantes, neminem harum constitutionum vigore, lætalis peccati periculo esse obnoxium, nisi vbi excommunicationis pœna, vel obedientiæ præceptum est appositum, aut diuino, vel Canonico iure id ipsum quod pręcipitur ad peccati rationem pertinuerit.

Synodalia decreta antea edita, quatenus præmissis non obstant confirmantur, & approbantur.

Vltimo loco Sacri Concilij Tridentini decretis inhærendo, statuimus, & declaramus, quod si fortè contigit aliquem in hac Sancta Synodo suo debito loco non incessisse, aut sedisse, vel quemlibet alium actum quo ius aliquod acquiri quomodocunque possit fecisse, nulli propterea ius de nouo acquisitum intelligi, nec cuiquam præiudicatum, sed omnia in eo statu permanere, in quo ante præsentem Synodum reperiebantur.

Quod nulli in sedendo vel incedendo sit præiudicatum.

Demum quia quæcunque per nos in hac eadem Sancta Synodo sunt statuta, ad eius

Quæcunq; in hac Sancta Synodo sunt disposita S.R.E iudicio subijciuntur.

 Chri-

Christianæ pietatis, eiusque fidei in nostra Diœcesi conseruationem pertinent, quam Sancta Romana Ecclesia vbique Terrarum docet ac prædicat; ideo eiusdem infallibili iudicio, & eius Sanctæ Sedis beneplacito omnia in ea contenta subijcientes, in eius etiam veræ fidei confessione vsque ad vltimum vitæ spiritum nos permansuros protestamur.

Soli Deo honor, & Gloria.



INDEX CAPITVM.

Sessio Secunda.

Z cap. 4.

Sessio Tertia.

De

I N D E X.

F I N I S.



Errata grauiora, quę irrepſerunt corrigenda.

Pag.	36	verſu	vlt.	ibi, voluntates	Adde.	Qui.
pag.	37	verſu	37	oblationis.	dic.	obligationis.
pag.	46	verſu	19	hoſtatis.	dic	honeſtatis.
pag.	48	verſu	14	neceſſaria.	dic.	neceſſariæ
pag.	54	verſu	1	eatum	dic.	eorum
pag.	ead.	verſu	8	viglia	dic.	vigilia
pag.	62	verſu	11	exigunt	dic.	exiguntur
pag.	63	verſu	21	iniuria	dic.	incuria
pag.	70	verſu	26	ſubd aconorum	dic.	ſubdiaconos
pag.	87	verſu	23	niſponatur	dic.	diſponatur
pag.	89	verſu	7	concedens	dic.	condecens
pag.	137	verſu	7	dignis	dic.	digitis
pag.	ead.	verſu	9	complauit	dic.	complacuit
pag.	145	verſu	18	inuocandos	dic.	innouandos



Imprimatur.

Iacobus Terragnolus Vicarius Generalis.

Fœlix de Ianuario Sacræ Theologiæ Doctor Deputatus vidit.

